

I V S T I L I P S I
DE CONSTANTIA
L I B R I D V O,

Qui alloquium præcipuè continent
in Publicis malis.

Vtima editio, castigata.



A N T V E R P I A E,
Ex OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

M. D. X C I X.

Cum Privilgiis Cesareo & Regio.





名古屋大学附属図書館所蔵 水田文庫 41497370
Nagoya University Library, Mizuta Library, 41497370

170 1 2 3 4 5 6 7 8 9 180 1 2 3 4 5 6 7 8 9 190 1 2 3 4 5 6 7 8 9 3



名古屋大学附属図書館所蔵 水田文庫 41497370
Nagoya University Library, Mizuta Library, 41497370



2 3 4 5 6 7 8 9 10 1 2 3 4 5 6 7 8 9 20 1 2 3 4 5 6 7 8 9 3

I V S T I L I P S I
DE CONSTANTIA
L I B R I D V O,


Qui alloquium præcipuè continent
in Publicis malis.

Vtima editio, castigata.



A N T V E R P I A;
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. X C I X.

Cum Privilio Cesareo & Regio.



peccati Peccatum, fateor si purum hunc & mysticum
religionis nostra liquorem corruptissimum veteri aliquā &
olenti face. At contraria insitū: & sordentem per se, pa-
rumq; mundam doctrinam, depurgare atque illustrare
agrussum sum novo isto Sole. Cui bono autem id non
bonum sit? in pugna, equitum aut statarij militiū pre-
cipuum operam esse scimus: spēris ideo sagittarios &
funditores? in domo exfrustranda architectū maximam
laudem & cūsum: tollere opera igitur & admini-
stros? idem hic censē. diuina illa littera & veri roboris,
vera virtutis & constans, solida effectrices: nec ta-
men humana prorsus Sapientiam ferne. eam dico
qua non se effert, sed ferunt placide & ancillatur. Lat-
ides, camenta, calcem, ex veteri & diu lapsō adficio
illo Philosophia comportamus: ne innide lucellum hoc
architectū, & patiare materiam hanc subterrā saltem
in fundamēntis. At enim sacra illa meliora, nec ver-
bis iis abstinentur fuit. Meliora fateor: sed addē etiam
graniora. Lacertos meos expendo, & artus artisq; li-
bro: cur onus mibi imponi patiar, cui non sim fierendo?
Theologis, id est magnis aliusq; viris (& eximis mul-
tos hec etas tuit) magna ista & alta relinquo: ma-
cumba leget hinc. Philosophum ego agam: sed Christi-
ianum. Nam de verbis, quid turbant? Non quo stilo
ta scripta sint, sed quo sensu coideant: nec an cūstat,
sed an ceterū. Si enim rēti sensu: quid refert in re tam
ardua, quo velo aut veste (modo non indecorā) eos
texerim? Si vāni: conuincant. Nempe hoc ipsum co-
lumus,

lumus, aiunt: & quedam à te scripta non ex fide. De
rectā Ratione erras, quam cum prisca illis exaggeras
nimis & attollis. Egōne? verbis fortasse illorum: sensu
numquam meo. Nam ne ipse erres, uno verbo hoc
testor: nullam me rectam puramq; Rationem intelle-
gere, nisi a deo directam, nisi a fide illustratam. Sed que,
molum, illegitima ista captio est, cū genere toto semen-
tia bona sit, querere in verbis cūmis aut alterius late-
brā caluminis ansum? Ratio ipsa, & suis cūribus, non
ducit nos ad diū, non ad ceterū: sed tamen ut in
aqua aut pelu defūctum Solis intuemur, ita per Solis
ipsius radios, oblique & quodam flexu: sic in istā, res-
divinitus, sed eane cōfessus aliter, quām per deum ipsam.
Nam de fato aut fatalibus, de impīis ob bonum panitia:
siquid nimis excusat, aut ab aliis acutum arripuit itemq;
dolorē, aut affectus si articuli nimis cōrcut: cōclim ab
equo lectore equiderē legi & intellegi: quam adrem pre-
quiuim nūne aliquot ad oram Notū. Mbit quidem
mens oblique bona: & si alibi humana hac lingua aut
calamus itabuit, ne aperē queso nimis tuam. Sum
enim ex iis, quibus Pictas in corde magis, quām in ore:
quiē factis exerceri eam acriter malim, quām verbis.
Nec faculum hoc satis mili placet, (audiebo dicere) quo
nullum cūmquam firacius religionum fuit, sterilius pie-
tatis. Quae contentiones oblique? qua rixa? & cum
omnia fecerim, cūm calum & terram subtilis ingēnij
alā percolarint; quid aliud, quām, cūm Aristophaneo
Socrate, * dīgēbarōta? Habet, mi Lector, breuem pre-
scriptio-

scriptionem nostram: que tamen aequo tibi nimia, satis
velinquo. Te cum cura monco hortor, ne auocent
& auerant animum a germano Philosophia studio
noui Domitiani iſi: qui non eam ſolum (facultas modo
& vires ſint) fed in exſilium pellant omnes bonas ar-
tes. Prifos illos potius patres vide, Gracos Latinosque,
deſo agmine a nobis omnes ſtant, & modeftum Philo-
philosophia ſtudium non ferunt in Christiano ſolum, ſed
inculcant & ualent quorum autoritatis ſcito, fatis
me putem sine alia illa ratione contra gigantes iſtos
teſtum. Nam Philoſophiam cur überius verbi lau-
dem? Fraſtrā, quia ut montium altitudine procul non
apparet, ſed cum accesseris: non item huius ſplendor, niſi
cum pernōris. Pernosi autem ſine Christiana veritate
religione non potest, quam praluentem ſi tollis: fateor
ecce & clamo, ludibriam illa, vanitas, delirium eſt.
Benī Tertullianu: Cui veritas cognita, ſine deo?
cui deus, ſine Christo? in qua ſententia finio, & ferio
conquieſco. Velim tu mecum.

N O B I L I
V R B I S
E T M A G N I F I C I S
C O N S U L I B V S

N O B I L I B V S
E T M A G N I F I C I S
C O N S U L I B V S
E T
S E N A T V I P O P V L O Q V E
A N T V E R P I E N S I
I V S T V S L I P S I V S
dedico conſecroque.



IBROS iſtos, quoſ de
Constantiā in me-
diis patriæ meæ tur-
bis conſtanter ſcripsi
& perſcripsi: eoſ vo-
biſ dare dedicare mihi
viſum, vrbis magnæ magni Senatores.
Splendor vester me impulit, pruden-
tia, virtus, humanitas etiam illa, quam
coram ſum expertus, propria vobis in
bonos & eruditos. Nec, arbitror, pro
ingratu erit munus. quod per ſe haut
magnum,

magnum, pondus ab animo meo accipiet: quia dedi quod, hoc quidem tempore, optimum maximumque habui in omni meo litterario censu. Denique nouitas etiam forsan aliqua illud commendauerit: quoniam, nisi fallor, interclusam diu & spinis obsitam hanc Sapientiae viam, sternere & munire aggredimur primi. quæ illa profectò est, quæ cum diuinis litteris coniuncta, possit ducere ad Tranquillitatem & Quietem. Mihi certè animus gratificandi vobis, iuuandi alios, non defuit. si vires; tam æquum est æquos vos aduersum me esse, quàm ego aduersus magnum illum deum sum: quem scio non vni omnia dedisse. Valete.

A D L E C T O R E M,
DE C O N S I L I O M E O
S C R I P T I O N I S
E T F I N E.

NIHI me fugit, Lector, in novo, hoc scribendi genere, noua mibi iudicia parata & censuras. sive illorum, quos percutiet inopinata hac Sapientiae professio ab eo, quem amanoribus tanium litteris censabant operatum: sive aliorum, quibus vilesceret & pro leuiterit, quidquid in hoc studio aut studio sudabitur post antiquos. Quibus utriusque vir breviter respondeam, mea intercessio etiam tua. Ac primi quidem illi dualis diuersissimis rebus peccare mihi videntur, Incuria & Curia. Hac, quod in aliena studio actione que ultro inquirendum sibi censemant illa, quod inquirant tamen parum intenti aut diligenter. Ut enī ipse ius me indicem; num quam ita colles illi fontesque Musarum totum me ceperunt, ut non oculos idem idem mentemque reflexerim ad severiorum istam Diuam. Philosophiam dico. cuius studia iam tum à puro ita mihi placuere, ut peccare iuuenili quadam ardore viderer, & frano atque inhibitione fuerim contendus. Scιunt preceptores mei, qui in Ubis: excusos mihi velut per vim libros eos omnes è manibus, & scripta etiam Commentarij que erexit, quos laboriosè confeceram ex omni interpretum classe. Nec mutui sane posticā. & in omni hoc studiorum cursu, si non restoriri-

gor

AD LECTOREM.

gore & lineā, tamen flexu tetendisse me scio ad illam Sapientiam etiam. Nec id ea viā, quā hic p̄blio/sophantium vulgus. qui in spinis argutiarum aut laqueis questionum male dediti, non aliud quam subtili quodam disceptationum filo texunt eas & retexunt. Harent in verbis, aut captiunculis: & etatem totam in aditu Philosophorum versantur, adyta eius numquam vident. Habent eam ut oblectamentum, non ut remedium: & instrumentum vlt a maximē seruum, vertunt in ludum quemdam rugarum. Quis eorum mihi de moribus querit? quis adfectus temperat? quis timori, quis spēi met am ponit aut modum? Quin adeo ad Sapientiam spectare hec non arbitrantur: vi aliud aut nihil agere eos censeant, qui id agunt. Itaque vitam eorum, sine iudiciis, si vides: nihil vel in ipso vulgo reperias, quod ad illam attinet, spurious, stultius, quod ad ipsa. Scilicet ut vinum, quo nil salubrius, quibusdam in venenum est: sic istis Philosophia, quā abutuntur. At mihi alia mens, qui natus semper auertens ab illis argutiarum salebris, vespificationem omnem direxi ad unum tranquillitatis portum. Cuius studij mei primum nec fallax specimen esse volui hos libros. Sed enim, inquiunt alteri, melius & uberioris ista vetores. Quidam ex istis, fator: abnego, quid vniuersa. Si de moribus aliquid adfectibus ve carpim post Senecam, & diuinum illum Epictetum, scribam: me quoque iudice, parum cordis habeam aut frontis. At si ea que ne attigerunt quidem illi, aut quisquam (fidet enim id affirmem) ex antiquis: quid fastidunt aut carpunt? Solariam malis publicis quassū, quis ante me? Rem sine ordinem videant: mihi ea debere fatebuntur. & de verbis ipsis (as dicere) non ea nobis

AD LECTOREM.

nobis inopia, ut cuiquam supplicemus. Deniq; hoc sciant. alia pluria aliis mibi scripta; hunc librum pricipue mibi: illa fame, at hac salutis. Quod olim altè & acutè quispiam, id hic vera voce proclamo: Satis mihi pauci lectores, satis est vnuus, satis est nullus. Id tantum peto, ut quicumque hac tangent, cognoscendi animum adferant, & simul ignorisci. Vi scibuli forte lapsus sim, presentim cum locos illos altiores conatus scandere de Prudentia, Injustitia, Fato, condonante, quia nūquam certe malitia aut pertinacia est, sed humana saltē imbecillitas & caligo. Denique ab iis docear, faxo, ut nemo tam promptus ad monendum sit, quam ego ad mutandum. Cetera vita naturae mea non demo aut minuo: pertinaciam & contentionum studium serio deprecor ab ea & detestor. Salve mi Lector. quod urinam per hunc librum in parte tibi sit.

** 2

IANI



I A N I D O V Z A E
N O R D O V I C I S

A D

I V S T V M L I P S I V M S V V M

Melos ex iambis meris, potiorem Lipsiani argumenti
partem, summamque totius operis carpeum
& quæsi saltuatum complectens.

N

O v v m cuiuslibet imputabimus Melos?
Cui hoc Poëma maueum?
Tibine L i p s i ? Ita hercò verò scribi:
Tibi (inquo) tibi, o ducus

Meum, omniumq[ue] M E N T E habete quæs[us] B O N A M,
Et ecce * C O R C U L I S datum est.
Sinistra ritè quæc[us] mamilla subtilis,
D E I fercens I M A G I N E M,
Cape illud ergo Iambicum Melos tibi,
Cape hoc Poëma maueum:
Poëma ductu & alite vnuis tuo
Særumque & editum fumul.
Silentij effe quando longius reum
Puder piget[ur] me tibi.
Neque vnuquam id æquus ille suppiter finat,
Vt his amoris ignibus
Ita anteutrat villa fegnitas milii,
Fidem ore L i p s i o v datam
Recipit fructer, abit à Fide mā
Modi illiusque vanitas.
Abeflo, verba tertiana cui placent,
Refeta falsumis.
Nec hocce S V A D A L I P S I A N A nos docet;
Pares cui haud Leporibus
Scientissime; sed Fide effe mutua
Faenitique nos decet.
Et ampla Laus fat ita: plura qui appetit,
Neque ille cor, neque os haber.
Tua introitæ Templa posse fat milii,
B O N A Q[UE] M E N T I S Abdita
Nouē repeta nosficitare, te Duce:
Tuique cote robors

Cot

Cor asperate, nec periculi vilius
Pauere magnitudinem.
O approbanda M E N T I S O B S T I N A T I O !
O expectanda D O G M A T A !
Vt hic siue, L A N G I A N O I N A T R I O
Inambulare! vt, ô, simul
Tuo assidere ab ore pendulum iuuat;
Tuo, illusque quem facis
Loquentem & hinc in H O R T V L U M sequi! ordines
Vt è vidente P E R G U L A
Notaresforum: & omne Stirpium genus
Hiant obire lumine.
N o v o Q Y E rariora ab O R B E Semina
Sagace nare periequif!
Odorbare, quicquid eff Aromatum
Lepore prouocans tuo.
Licetne in hisce florulis & herbulis,
Remiffionis indigo,
(Vt exfoluta mens aberet à malis
Parumper) acquireceret
Licet: neque illud (annuentे hero) modis,
Sed & replere fructibus
Sinum, manuque vrasique, & vngue carpets,
Et admouere naribus.
Quid an lubido ferta texere est tibi,
Corollulan que paculam?
Rei huius op[er]o ecce plaga sit tibi,
Tuo arbitratu ut eligas,
Thyma, ar rofas, amaracumne maueis,
Age ecce, quantum hic nitore?
Quis ordo? quam omnia apr[et] in areas suas
Locata, tellere in modum?
Herinc cultum, an elegantiam pris
Loc ipse mire, ambigo.
Stupere certe virunque cogor inuens;
Herilem an indolem magis,
Cui scatere tot facetus datum,
Cui hanc praire S Y M B O L A M,
Et ægra corda solpitare ius fuit,
Medentibusque pharmaciis
Beare. Quæ modis ecce promus imputat
Nouâ artæ L I P S I V M tibi,
Athena vnde FIRMI TVDO PECTORIS
Paranda: & vnde Inertia

883

Sic

Sit ista, & ægra Sensuum imbecillitas,
 Habete cognitum quæcas.
 Duplex Boni omnis ergo, seu Mali Caput.
O P I N I O, atque **M E N S** **B O N A**.
P O L I illa **G E R M E N** **I G N E V M**, atque **S P I R I T U**
 Originem trahens suam.
 Quid si p' non **H O M Y L L O** an insitus **D E V S**
 Peritiam i **M A G I N E M** sui?
C V P I D I N V M, hanec quisquis audit, omnium
 Necesse videtur audiat.
 At altera illa pars, **O P I N I O** puta
 Imaginosa, **C O R P O R I**
 (Sara vnde adhuc, impedita **S E N S I B U S**,
 Grandis fixa perpetua
 Luto: cuiusque **P O E N I T E N T I A** it comes;
 Vaga, chroia, futilis.
 H o m o miselle, puluis, umbra, somnium,
 Quousque fluctuare,
O P I N I O N I S alligate vinculus?
 Quoniamque **G A V D I V M**, **D O L O R**,
M E T V S, **C V P I D O** peccus impotent tibi?
 Iaces & erigi cupis,
 Supraque vulgus elate verticem?
 Idonea ecce **F E R V R A**,
 Quibus piatus ipso nubila ac Notos
 Superulator polles:
 Aueque, que cor intus exdunt tibi,
 Necas & ire perdunt,
 Quiéscere cordi, & orium domi tibi,
 Procult tumultu ab hotlico,
 Vbi Adiuosus ipso in otio claus?
 (O vnicula occupatio!)
A d H O R Y V M huncce **L A N G I I**, anno **L I P S I I**,
 Gradum capessi, si sapis,
 Oppidum vallo & Arce, vel Cerata tibi.
 Cauere quæc **S P E I** ac **M E T V S**,
 Cupidinumque sustinere vim quæcas?
 Statu in graduque fac tuo
 Mortice, m e n s **Q V E** vortat ad **D E V M** tua,
 Originem inquit sui.
 Quoniamque **C A R N I S** **I M B E C I L L I T A S** tibi
 Molesta, & umbra inanum
 Trahē, prima quæ imperita Plebs putat?
 Duce ecce **L I P S I V M** tibi:

Eum sequitis. At cui, inquires, bono?
 Manci: in tumultu vt orium
 Agas, & vnius, inter arma Publica,
 Meru solitus ambules.
 Quid est, quod hic queratur? Fata te trahunt,
D e i Q V E **P R O V I D E N T I A**?
 Sequare: Cur enim iritum struas pedem
 Heros rebellis, ac tibi?
 Quid abomis, misille? cede Tempori
D e o Q V E **R E B Y S** **O M N I B U S**
V I C I S I T V D O **D E B I T A**. Hac mori vides
 Reporte, at illa oritur.
N E C E S S I T A T I ut obsequare, te monent
 Tot vrbivm Cadaver,
 Ferre via vertice ant' que suo
 Poli vtriusque cardinem,
 Vbi illa iam, Imperare sueta **R E G I B U S**,
 Superba **S E P T I M O N T I V M**?
 Vbi **M Y C E N A E**? Vbi inclita **V R B S** **A g e n o i s**;
C O R I N T H V S, **A R G O S**, **I L I V M**?
 Minuta, magna; summa, & ima respice;
 Parenne sub polo nihil.

Eis tū



Εἰς τὸ Κρήταῖον καὶ λογιστᾶῖον
ΙΟΤΕΣΤΟΥ ΤΟΥ ΛΙΠΣΙΟΥ,
περὶ διστάσιαῖοι καρτεξίας
βιβλίον.

Αἰγαῖόν σελῖδας σκολιόφθοροῦ ὅμματι πῆκας
Οὐκ ἄγαμη λογίους, ἔπαις, ἀπέρ Κρίνε.
Αλλὰ τοῦ ὄβλιον γλαφυρέ τε θόροι τε πονμα,
Καρτεξίης κατέρχοντα τέθματα τοφερούντα;
Κρέσσον ἐμῶν, λέξας, πέντεται τοῦτον δόσσατα
Διάξεπτεσθοῖς τοκύμῳ Θεοφίλῳ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ελλογίμων φιλέων τρεῖς αἵρεσες, ψεκα πόκτα
Εἰς τὸν Βόλατην κείστοντος θιασούν.
Σειο πότιους φιλέων Κουίκει, εἴμι δὲ λίνα
Καὶ φιλοσκανγερέ, καὶ φιλολύψιδης,
Αλλάσσοφαις πραπίδεισι σελιαστοῖσος αἵρεσ
Διάψι, εἴκεντρη, διλλά μοι αἱρενέης.

B. Vulcanij.

I V S T I

I V S T I L I P S I
DE C O N S T A N T I A
L I B E R P R I M V S.

C A P U T I.

P r e f a t i o , & i n t r o d u c t i o . q u e r e l a i t e m a l i q u a
d e B e l g a r u m t u r b i s .



N T E annos aliquot cum Viennam Austri
iter haberem, fugiens patre mea turbas: de
flexi, non sine deo duce, ad Eburonum vr
bem, quae nec longe à viâ; & in quâ amici
quos salutare more suadet & amore. Inter
eos Carolus Langius, vir (sini fraude aut
ambitione dicam) optimus doctissimusque Belgarum. Qui
cum me hospitio exceptisset, non omni solū comitate & be
niolentia id theraurat, sed eo genere sermonum qui vili
les imò salutares mihi in omnē exutis essent. Ille enim fuit, ille
vir, qui oculos mihi aperiret, detersā vulgariū aliquor op
tionum nūc: ille, qui viam ostenderet, quā sine ambage
peruenirem, vt cum Lucretio loquerat, ad illa

E d i t a d o c t r i n a s a p i e n t i u m t e m p l a s e r e n a .

Nam cùm post meridiē feruido sole (præcepis enim iam iam
mensis Iunius erat) domi eius in atrio inambularemus: quæfuit,
vt fit, blandiūs de tinere meo & ciuius cauffis. Cui cùm ego de
turbis Belgarum, de insolentiâ Prefectorum & militum, libere
& verè multa dixissem: addidi postremo, prætexi à me aliā,
sed hanc intimam esse dificilis mei cauffam. Quis enim Lang
i, inquam, tam firmo & tam ferreo pectorē, qui diutius fe
rendis iis malis sit: lactamur iam tot annos, vt vides, bellorum
ciuilium æstu: &, vt in vndolo mari, non vno vento agita
mur turbarum seditionumque. Otiūm mihi cordi & quies
tubæ interpellant, & strepitus armorum. Horti & rura miles

A

&

*in se cuncte, atque huma
nitas suppedita in his
litteris, tunc
Graecie longe non a vera
etiamque fictione, per
Caro. Claudio Longum &
Belgarum aperte in
a list of pretiosa
et Gallo. Books on
Belgarum, etiamque
Londonis 1622.*

*Langij
vera laus.
Humanitas
ciuii.
Sapientia.*

DE CONSTANTIA

¶ & sicarii compellit in ybrem. Itaque certum mihi Langi, relictā hāc infelicitā & infaustā Belgicā (ignofat mihi Genii patrī) ^{* Terram terram.} ^{terram.} nec ⁷⁰⁰ p̄d 700, vt ille ait, & quois terrarum fugere — ⁷⁰⁰ nec Pelopidūrum facta neque nōmen audiam. Langius admirans & velut excitatus, Itāne tu Lipsi, inquit, abeas a nobis? A vobis, inquam, aut certe ab hac vitā. Quod enim malorum sistorum effugium, nisi in fugā? Nam vt videam illa cotidie & feram, non possum Langi: nec chalybs aliquis mihi circa pectus. Suspirauit ad hunc sermonem Langius, &, Infirme adolescentis, inquit, quaē hæc molliores cūtis aut qua tuis mens salutem querentis in fugā? Tūbat & effluit patria tua, fateor: sed quæ non hodie pars Europe? Ut vērē illud Aritophanūm possis au-

^{a supra}
ferre reddi
super alter
names.

Itaque non patria fugienda, Lipsi: sed Adfectus sunt: & firmandus ita formandus que hic animus, vt quies nobis in turbis sit & pax inter media arma. Ego sati iuueniliter, Imo defenda illa Langi, inquam: certe enim auditia mala leuius ad animum accident, quam vīsa: & simul ponetur ipsi extre-
la, quod dicitur, & puluerent huius agonis. Homerum non audis callide monentem,

^{Ex Gallo jā nō m̄ iō̄ b̄x̄ l̄x̄ d̄p̄t̄}

CAPUT II.

Peregrinationem non facere ad internos morbos, indicinam eam esse, non medicinā, nisi fortis in leni quodam & primo adfectu motu.

Ez opini
refutata.

^{II}
Ratione,
non Lægue.

Originem
tulorum in
tuberculosis.

Lædo non er
cita cas mo
bus.

ANGIVS moto leuiter capite, Audio, inquit: mallem tu Sapientia vocem & Rationis. Nam hæ, Lipsi, que rein-
voluta, nebulæ & nubeculae sunt a fumo Opinonum. Ita-
que, vt cum Diogene dicam, ⁷⁰⁰ tibi hī opus non ⁷⁰⁰: ra-
dio inquam illo, qui caliginem tui capitū illustrat. Patriam ecce defertum is: fed die serio, illam cū fugies, c quoque ef-
fugies? Vide ne contrā sit: & tecum atque in pectorē illo cir-
cumferas fontem formicęque tui mali. Ut iij qui febrivint, ia-
stant se inquiet & versant, & lectum subinde murant vanā
spe leuamenti: in cādem cauſā nos, qui terrā frustā muta-

LIBER PRIMVS.

mutamus, ægri scilicet mentis. Aperite enim hoc est morbum, ^{Indicatio tan}
non tollere: fateri internū hunc calorem, & non mederi. ^{tim.}
Eleganter Romanus sapiens: Proprium est ægri nihil diu pati. ^{Senecca.}
& mutationibus ut remediuū r̄ti. Inde peregrinationes suscipiuntur
rage, & littora pererrantur, & modo mari se modo terra experitū
presentibus semper infesta levitas. Itaque fugitis magis turbas
quam vitatis. Ut cerua illa apud Virgilium,

^{Quam procul incutam nemora inter Cretā fixit}

Paſtor agens telis:

^{illa fuḡ filius saltusque peragrat}

Dilectos.

frustra: quia vt idē poëta addit — heret lateri letalit arundo:
ita vos, qui telo hoc adfectuum penitus percussi, non id excut-
tis, sed migratione transferti. Qui crux fibi aut brachium
fregit, non currum aut equum poscit, vt opinor, sed chirur-
giū: uta quæ vanitas, qui internū hanc plágam motu sanare
te postules & discursū: Animus enim certe est, qui ægrotat: &
omnis hæc exterior imbecillitas, desperatio, languor, orta ab
uno fonte, quodd iacet ille & languet. Sceptrum abiecit prin-
cipes diuinaque pars: & eō vilitatis lapsa est, vt sponte feriat
suis servis. Dic, locus hic quid faciet aut motus? Nisi forte re-
gio aliquis est, quæ metus temperat, quæ spes refrinet, quæ
malam hanc saniet educat, quam altè imbibimur, vitiorum.

Atquin illa ea est, nec in infusis ipsiis beatiorū. aut si est, ostendit,
& omnes illuc agmine facta inus. Sed motio ipsa & mu-
tatio, inquis, habet eam vim: & recreat atollitique iacentem
animum cotidiana illa cōspecta nouitas morum, hominum,
locorum. Lipsi etas. Nam, vt quod res est feriò dicam, perte-

<sup>Non re
tatio ipsa.</sup>

grinationem non vsqueō deprimo, vt nihil ei in hominem
& in adfectu dem iuris. Imo habeat: sed haec tenus, vt levia
tedia quædam animorum & velut naufragia tollat: non collat
morbos, qui altius penetrantur, quād vt externa illa medici-
na huc pertingat. Cantus, vinum, somnus, commotuunculas
illas primas non taro sanantur ira, doloris, amoris: at nūquā
ægritudinem, quæ radices egit & fixit pedem. Idem hī est: &
peregrinatio fortasse leues quosdam languores sanabit, non
sanabit veros. Hærent enim primi illi motus, orti à corpore, inven-

^{tales ipsi.}

<sup>Eft fathia
quæda min-
iæ avrolia.</sup>

<sup>*Steichac
ia difini-
gu, visi-
tatio, tra-</sup>

<sup>aut præter
ratio, nōma-
tus. Adfectu
appellatur
adfectus &
adfectus &
adfectus.</sup>

^{Mentis.}

A 2

quo-

DE CONSTANTIA

quodammodo adhuc in corpore, aut certe in summâ, ut sic dicam, animorum cœte: ideoque non mirum, si quatuor leui spongiâ abstergantur, non ita inueteratur illa adfectus, quibus fedes imò regnum in ipsâ animi mente. Cū diu multumque erraueris, cūm terram omnem & mare circulatus fueris: nullo eos mari elues, obrues nullâ terrâ. Sequentur te: & post peditem equitèmque sedebit, vt cum poëta loquar, atra cura. Socrates interroganti cuidam, quid ita peregrinatio sibi non profusa? scite respondit. Non enim te defervit: similis hic dixerim, & quo-
cunque fugies, corruptum corruptoremque animum tecum habebis, comitem non bonum. Atque vitam comitem! sed ver-
ecorūt ducem: quia non sequentur te adfectus tui, sed trahent:

CAPUT III.

At reros animi morbos non tolli cā, non minui: imò per eam recru-
descere. Animum esse qui in nobis egrotet: cūque remedium à Sa-
pientia & Constantia petendum.

Obiectio
nem secundum.

Evidet ali-
quid in mu-
tatione, no-
rum effi-

Aggravati-
onem per et-
iūle.

NON auocat igitur, inquis, etiam à veris malis peregrinatio: non campi illi confecti, & flumina, & montes, ponunt te extra doloris tuu sensum? Auocat fortale interdum & ponunt, sed nec in longū, nec in firmum. Ut pictura, quamvis egregia, oculi non dui delectantur: sic omnis ista homini-
num locorumque varietas nouitate nos caput, sed ad breve tempus. Aberratio, hæc aliqua à malis est, non fuga: nec soluit peregrinatio doloris hanc catenam, sed laxat. Quid autem istud me iuuat, si lucem paulisper video, in arctiorem mox cat-
cerem compingendus: Ita profecto est, insidiatur animo ex-
terne hæc omnes voluptates, & specie iuuandi magis lœdunt.
Ut medicamenta minus valida non extrahunt humorem no-
xiū, sed mouent: sic vana hac delectatio irsit in nobis flu-
ctum illum cupidum & adauget. Non diu enim à se aberrat animus: sed vel inuitus domum mox compellitur, & in vetus contubernium malorum. Illa ipsa opida confecta & montes, reducent te cogitatione in tuam patriam: & inter media gaudi-
a videbis aliquid sine audies, quod sensum reficeret tui doloris. Aut si paulisper quiesces: breuis ille velut somnus erit, &

mox

L I B E R P R I M U S

mox experto tibi cadet aut maior febris. Crescunt enim interpellate quedam cupidines, & vites captiunt ex interhallo. Mirre igitur, Lipsi, vana hæc, imò noxia: ne remedia, sed ve-
nenaz vera illa potius admittit & feuera. Solem solumque mu-
tas: imò animum, quem male Adfectibus mancipasti, sub-
tractum legitime domina Rationi. Ab illo corruptio hæc de-
speratio est, ab illo vitatio hic languor. Illum mutes oportet,
non locum: & efficere non ut alibi sis, sed vralius. Tu feruē
illam Pannioniam videre nunc ardes, & fidam fortemq. Vien-
nam, & regem fluviorum Danubium, & tot mira & noua,
que suspensâ aure bilabat audientes: sed quanto melius, si idem
hic tibi ad Sapientiam impetus & cupiditas si penetres in feraces
illius campos? si fontes humanarum perturbationum inqui-
ras: si valla & arcus extra, quibus arcas & defendas cupi-
dum insultus: Hæc enim vera morbi tui remedia: cetera omnia,
panni & fomenta. Nihil te abito ista iuuabit: nihil
enafissis et viribus

Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes:
hostem reperies apud te, & in isto (peccatis mihi concutiebat)
penetrabis. Quid referit, ad quā pacata loca veneris? bellum
trahis tecū, ad quām quieta? turbæ circum te, imò in te sunt.
Pugnare non pugnabis: fecum semper discors hic animus,
appetendo, fugiendo, sperando, desperando. Atque ut ij qui
pertinorem terga verunt, magis exponunt se periculo inten-
dos & auros: sic errores & tirones illi, quibus cum adfecti-
bus nunquam pugna fuit, sed tantum fuga. Attu, adolescentem.
si me audies, stabis: & gradum firmabis contra hunc doloris
hostem. **C O N S T A N T I A** enim tibi ante omnia opus: & yi-
ctor aliquis pugnando euasit, nemo fugiendo.

CAPUT

Definitiones Constantie, Patientie, Rectionis rationis, Opinionis. Item
Periculacio quid à Constantia differat & abeat: & à Patientia,
Abiectio.

SERMONIBVS iis Langij erectior aliquâ parte ego, Alta
& præclara hæc tua monita, inquam: & tam itare conor
& adiungere, sed, ut ij ferè qui in somnis laborant, vano nisu.

A 3 Reuol-

Turbas alio-
quin visque
comites esse.

Reflexum
igitur, &
grandis pa-
tria, & gran-
dium fau-
nus q[uo]d q[ui]

Reuoluor enim Langi, nequid mentiar, identidem ad meam terram: & hærent fixe animo publicæ priuateque curæ. Tu si potes, pelle malas aues que me lancinante & vincula sollicitudinem dème, quibus in hoc Caucaso lente ligor. Langius vultu alacri, Ego vero dèman, inquit: & nouis Hercules solitam hunc Prometheus. Attende tantum, & intende. Ad Constantiam te vocau, Lipsi, & in eâ spem & præsidium posui tuis salutis. Ea igitur ante omnia nobis cognoscenda est. CONSTANTIAM hic appello, R E C T V M ET I M M O T V M A N I M I R O B V R , N O N E L A T I E X T E R N I S A V T F O R T V I T I S , N O N D E P R E S S I . Robur dixi, & intellego firmitudinem insitam animo, non ab Opinione, sed à iudicio & reclamata Ratione. Exclusam enim ante omnia volo Peruicaciam (sive ea melius Perrinatio dicitur) quæ & ipsa obstinati animi robur est, sed à superbia aur gloria vento: & robur etiam dumtaxat in una parte. Deprimi enim haud facile tumidi illi & periculaces possunt, facilimè attollti: non alter quam cullens, qui vento inflatus & gregè mergitur, supereminet autem & exsilit sua sponte. Talis enim istorum ventosa hæc durities est: cui origo à Superbia, vt dixi, & nimio pretio sui. igitur ab Opinione. At Constantia vera mater, Patientia & demissio animi est. quam definio. R E R V M Q V A E C N Q V E H O M I N I A L I V N D E A C C I D V N T A V T I N C I D V N T V O L V N T A R I A M E T S I N E Q V E R E L A P E R F E S S I O N E M . Quia recta ratione suscepta, vna illa radix est, quâ altitudine pulcherrimi huic roboris nixa. Caeus enim & hæc Opinio tibi imponat: quæ Patientia loco Abiectionem sape & torporem quedam animi marcentis suggerit: vere virtus, & cui origo à Vilitate sui. Virtus autem mediâ viâ ingreditur. & cautele cauet nequid in actionibus suis defiat, aut excedat. Dirigit enim se ad viuus Rationis trutinam: & illa habet examini sui velut normam & obrusam. Est autem recta Ratio non aliud, quam DE R E B V S H U M A N I S D I V I N I S Q V E (quatenus tamen ex ad nos spectant) V E R V M I V D I C I V M A C S E N S V S . Opinio huic contraria, DE IIS DEM F V T I L E I V D I C I V M A C F A L L A X .

Ad explicacionem Constantiam & de lectione.

Quid propter ea sit.

Nam de eiusmodi animis illis in virtutem polii, honestam vita, tenetatem & alia altera.

Constantia ergo à Patientia, Et quodque definit.

Differet à Torpe.

Constantia medietate inter Patientem & Abiectionem tractat.

Ratio quid est
Quid item
Opinio?

C A P Y T V .

Ratio & Opinio unde originem habeant, viriisque vires & effectus. Alteram ad Constantiam ducere, alteram ad Lemitatem.

SE & quoniam è duplice hoc velut capite (Opinionis sententia & Rationis) non robur solum aut infirmitas animi oritur, sed omnes in hac viâ laudes aut culpa: pro bono utilique facturus mihi video, si de utriusque origine & naturâ vberius paullò dicam. Ut enim iam priuquam ultimum illum & optimum dolorem combibar, succis quibusdam aliis preparanda & imbunda est: si predictionibus istis tuus Lipsi animus, priuquam cum haec Constantiae purpurâ feriò tingam. Quod igitur te non fugit, due in homine partes, Anima & Corpus.

De utriusque origine & naturâ vberius paullò dicam.

illa nobilior, que spiritum ignemque refert: hæc vilior, qua terram lunata illa inter se, sed concordia quadam discordante, facile inter eas conuenit, vtique cum de imperio agitur aut feruerit. Regere enim viraque vult, & magis illa quæ non debet. Terra atollote se supra ignem suum conatur, & eorum Pugna inter hoc supra celum. Hinc in homine dissidia, turbæ, & veluti ad fidia quadam velitantum inter se partium pugna. Cui duces & tanquam imperatores, Ratio & Opinio. Illa pto animâ, & in animâ: hæc pro corpore & in eo pugnat. Rationi origo à celo, imo à deo est: & magnificè eam Seneca celebravit. Partem in homine diuinis spiritibus mersam. Est enim haec eximia illa intelligendi iudicandi que vis: que, vt anima perfectio hominis, sic ipsa anima est. Græci cam Nō dixeré, Latinis Menterim, aut etiam iunctim Animis mentem. Non enim tota anima, nec ab aliis, recta ratio est: sed quod in eâ uniforme, simplici, immixtum, secretum ab omni fecre & lentore: quodque, vt vebo dicam, sidereum in eâ & celeste. Nam ipsa anima, quamquam labo corporis & contage sensuum grauter corrupta & infecta sit: tamen vestigia quædam ortus sui alè retinet, & clarè in eâ scintillantes reliqua primi illius patrum ignis. Hinc isti etiam in malis proiectisque hominibus conscientia stimuli: hinc flagella interna & morsus: hinc approbatio melioris viræ extorta initis. Premi scilicet sanctor illa sanctiorque pars potest, non potest opprimi: & tegi vrens illa flamma, non extingui. Emicant

Homo dominus.
Anima in eo sublimis & digna: in Cœlo & ab humo.


Pugna inter eas partes.

Quid recta Ratio.

Quid recta Ratio.

Quæ aliquando tempore in homines vivit.

C A P Y T



CAPUT VII.

Quid sit & quotuplex quod Constantiam turbet. Bona & Mala externa esse. Mala autem duplica, Publica & Priuata. ex iis grauia & periculosa maximè videri Publica.

Hæc cùm dixisset Langius voce & vultu acerio quam
solebat, me quoque feintilla corripuit boni ignis. &
Mi pater, inquam, (verè non blandè sic te appellem) duc me
quò voles & doce, corrige & dirige, habes argum paratum ad
omnem medicinam, siue tu ferrum cogitas siue ignem. Imo
utrumque pariter, at Langius, qui & alibi stipula excedendæ
inanum opiniorum sunt, & alibi stirpes adfectuum excedendæ
ab radice. Sed ambulamus etiam? an potior cōmodior? nunc
sefio Scello, inquam ego, astutare enim iam incipio non
ab vnā caufa. Cumque sellas Langius ferri & ponit in codem
atrio iussit, & iuxtime eum asseditissim: ille paullum ad me
obversus, iterum sic cepit. Ieci haec tenus velut fundamenta.
Lipsum, quibus commode & tutè inedificaretur futurus sermo:
nunc, si placet, accedam propius & cauſas doloris tui inquiram,
& manu, quod aiunt, tangam tuum vleus. Duo sunt, que
arcem hanc in nobis Constantia oppugnant, Falsa bona, Fal-
sa mala. Vtique sic appello, QVAE NON IN NOBIS SED
CIRCA NOS, QVAEQUE INTERIORUM HVNC
HOMINEM, ID EST ANIMVM, PROPRIE NON IV-
VANT AVT LAEVANT. Itaque Bona aut Mala, ea, te &
ratione non dicam: fatorib; opinione esse, & communī quo-
dam vulgi sensu. In priori classe numerant, Opes, Honores, Po-
tentiam, Sanitatem, Longeviditatem, in posteriore, Inopiam,
Infamiam, Impotentiam, Morbos, Mortes: & ut verbo uno
complectat, quidquid aliud forruit aut exterrit. Ab du-
plici illo stirpe quatuor illi capitales in nobis Adfectus orti,
qui continent & conterunt vitam omnem humanam, Cap-
ditas, & Gaudium, Metus, & dolor. E quibus, priores duo bo-
num aliquod opinabile respiiciunt, ex quæ eo nat: posteriores,
malum. Lædant omnes turbantque animum, & nisi prouides,
deiciunt de suo statu: sed non vno tamē modo. Nam cùm
quies eius & Constantia tanquam in aquabili quadam tra-

tinæ

Falsa bona.
Falsa mala.Falsa bona.
Falsa mala.Alfectus
principali
quatuor op-
positi inter
ead quatuor
equi refre-
natur.Quoniam
Constantia
turbat?

LIBER PRIMVS.

tinæ sit: depellant cum ab hoc libramento, illi attollendo, hi
deprimenti. Sed falsa Bona & elationem nunc omitto (non
enim is tuus morbus:) ad falsa Malaventio, quorum agmen
iterum duplex. Suntemus Publica, sunt Priuata. Publica de-
figno & definitio, QVORVM SENSUS VNO EODEMQUE

TEMPORE AD PLVRES PERTINET. Priuata, QVO Publica &
RVM AD SINGVLOS. Inter illa censeo, Bellum, Pestem,
Famem, Tyrannidem, Cædem: & quæ alia foras & in com-
mune speciat. Inter ista, Dolorem, Inopiam, Infamiam, Mor-
tem: & siquid velut domo clausum, in vno singulique homi-
ne consideramus. Causa inihi ita distingendi non vana. quia

Firmari es
difficile, &
agata rel.

qui exilium exitumque multorum: quām qui vnius suum.

Addé quò ex virtute alij arque alij morbi. sed nisi fallor,
grauiores ex primis: certè pertinaciores. Publicis enim malis
obnoxij plenos, nofrumque quia impetu & turbâ ingruntur,

accenferat velut acie obruiti resistenter: siue magis, quod
ambitione quadam blandiuntur, & aegritudinem ex iis in-
nasci animis non agnoscamus sepe, non sentimus. Ecce pri-
uato dolori quisque succubit, fateatur vitium & imbecillitatem

neccelum est, etiam si non emendet (que enim defen-
sor) at quithuc, aëdo de labo aut lapsu sape non fatetur, vt sit

qui iactet etiam & censat pro laude. Pietas & pietate & Misericordia
dicitur: et quantum abest, vt inter virtutes immò numina con-
secratur publica hac Febris? Poëtae & oratores passim dilau-
dant & inculcant fervidum amorem patriæ: nec proflus ex-
euleo ego, sed temperandum eum moderandumque esse cen-
sco & sciaco. Reuera enim vitium est, inperies est, & animi à

gradu deiectione ac lapsu. Sed & gravis morbus parte alia, quia
non vnius in eo dolor, sed confusus Tuus & Alienus. Atque

Alienus item duplex, causâ Hominum, causâ Patriæ. Vt id

quod subtilius dici & diuidi à me videtur, capias sub exemplo:
ecce Belgicatu nunc premitur non vna clade, & circumplexa

cam vndique ciuius huius bellii flamma. vides passim agros
vaftati, diripi, opida incendi, cœuti, homines capi, cœdi, ma-
tronas pollui, virgines imminui, & quæ alia comitati amant
bello. Nónne hic tibi dolor? dolor. sed varius & diuisus, si

Falsi bona,
Capitale &
Gaudium-Ma-
la, Metu &
Dolor,
Inopiam,
Infamiam,
Mor-
tem, &
destituta
Publica &
Priuata.

Dolor ex ma-
in publies
grauiorum.

Qui ex im-
petu venit.

Qvia bone
in specie re-
cepit & im-
ponit.

Ideo excep-
tio est.

B 2 infipi-

inspicis: quia simul & te luges, & ciues, & patriam ipsam. In te, damna; in ciuibus, varium cafum & occafum; in patria, conuerſionem euerſionemque status. Alibi habes quod clamis, *Mit miserum!* alibi,

— tot ciues mei

Mandatam boſili pēſtē ſeo appetiſſis manu.
alibi denique, *O pater, o patria!* Ut qui his non moueat, & in quem euneus ac cumulus nihil polleſt ingruentum tot malorum: aut valde ſiccum & ſapientem cum eſe oportet, aut valde durum.

CAPUT VIII.

Mala publica oppugnat, ſed ante omnia tres adfectus coērcti, ex quæ iū hoc Capit. ambitus a quendam Simulatio: quā homines Mala propria, ut Publica, lugent.

QVID est Lipſi? ſatī? ut praeuaricari Constantiae mea videor, & cauſam adhuc agere tui doloris? Sed feci quod animali & fidentes Imperatores: eliciui in campum & in aciem omnes tuas copias, cum quibus strenuè nūc configram, fed velitatione quadam prius, deinde aperto Marte & velut collatis signis. Inter velitandum autem, tres mihi Adfectus primo pedato (ve cum antiquis loquar) proterverunt, Constantia noſtræ valde aduersi: Simulatio, Pietas, Miferatio.

Atque ille quidem prius. Negas ferre mala publica, ea dolori tibi eſe, imo morti. Satī ſerio adfirmas? an frays hic alicqua & fucus? Ego commotior, imo ſeriò tu hoc rogas? inquam, an rideſ & irritas? Ego ſerio, inquit, non enim pauci ex hoc valetudinario veftro impoſunt medicis, & dolorem pūblicum ſimulant, qui reuerſa eſt priuatus. Quero igitur, ſatū ne acceptum habeas, curiam iſtam

Quæ te nunc coquit & verat ſub peſto fixa,
patria ipsius cauſā ſuceptam eſſe, an tuā? Etiamne ambigis? inquam ego, patria vnius cauſā mihi hic lugitus, Langi, patria. Ille capite abnueſ, Adolescentes vide etiam arque etiam, inquit. Nam in te ſi extima hæc & ſinceritas, mirabor: certe in paucis. Quediū homines ſepe de malis publicis, fautor: nec aliud tam communis dolor, & ut ſic dixerim, magis in frontem

Tres Adfectus, qui ſunt: Dolus publicus.

Contra Simulacionem, pietatis.

Quam mala publica ſepe inducit.

frontem incurrens, ſed ſi propius examinas, reperies plerumque diſcidium aliquod lingua & cordis eſſe. Ambitoſa illa verba ſunt, *Mouet me clades patrie, non veraſin labris nata, nou in fibris.* Quod de Polo hiftione nobili traditum eſt, cū Athenis fabulam actaret in qua dolor repreſentandus, cum filij ſui defuncti oſla & vñnam clām intulifę, & theatrum totum vero gemitu luētuque compleſe: idem hīc dixerim de plerifque veftrū. Comediam dōni luditis, & velati perfonā patrie, priuata veftra damna veris & ſpirantibus lacrymis lugetis. *Mundus vniuersus exercet hiftionem, ait Arbitri:* certe hic. Bellum hoc ciuile nos cruciat, inquiunt, & ſuſus innoſcentem cruar, & interior libertate & legum. Itā? dolorrem ſanē veftrum video: querō & cunctor de cauſā. *Qyan* publica mala habent? hiftio pone perfonam, imo quia tua. Vidimus agrestes ſapē trepidare & concurtere & vota facere, cūm calamitas ſubita ingruit aut tempeſtas; ſed tu, cūm deſauit, eſdem ſeneca & examina, reperies vnumquemque timuſte dumtaxat ſegeti & agellulo tuo. Ad incendium in hac vrbe clametur: claudi pane dicam & cæci concurrent ad refingendum, quid confes? vtrum amore patriæ? imo pete ab iſipſis: quia dampnum illud ad ſingulos pertinet, aut certe eius metus. Similē hīc eſt: & mouent vulgo turbantique homines mala publica, non quia plurium id damnum, ſed quia inter plures eos iſipſi.

CAPUT IX.

Simulatio ea clariss reteſta, & ab exemplis. obiter de verā Patria diſtum. item malitia hominum gaudensum malis alienis, cū ipſi extra ea.

IT AQUE coram te iudice hæc cauſa agatur, & in tuo tribunali: ſed quod olim Jeuato velo. Nempe bellū hoc times? timis, cur? quia peſti & pernicies coniuncta bello. Peſti illa ad quos? nunc ad alios quidem, ſed pertinere etiam ad te potest. En caput tui doloris (ſi verum fateti fine eculeo vlo vis) en fontem! Vt enim cū fulmen in vnum aliquem cecidiſ; etiam iſi qui in proximo ſtabant, tremuerunt: ſic in magnis iſiſ com-

*Dolemus la-
geniūque
publica non
publica.*
*Sed quia ant
damnum in
ſtatim ad-
iungendum, ſic
cius merita.*

B 3 muni-

monibusq; cladiis, dannum ad paucos peruenit, metus ad omnes. Quem si tollis, tollis vñ hunc dolorem. Ecce bellum si apud Achias aut Indos geratur, nihil moueat (extra discrimen enim tu sis) si apud Belgas, plores, clamores, frontem percutas & femur. Atqui mala publica propter ipsa si luges, quid interest? Non enim illa patria mihi, inquies. Stulte, an non & illi homines, cùdē stirpe tecum & satu? sub codē cæli fornicis? in cædē terra pilâ? Exiguum hoc quod hi montes coercent, hi fluuij cingunt, patriam esse censes? Extras, vniuersus orbis est, quacumque homines sunt caletti illo feminine oriundi. Egregio olim Socrates interrogavit, cuiusnam se ferre? Mundanum, rеспondit. Magnus enim erat que animus non includit se ictis ab opinione terminis: sed cogitatione & sensu totum Vniversum complectitur, ut vnu. Vidimus stultos & risimus, quos cultos aut magister alligabat straminis vel exiguis filii nodo; atq; illi stabant, quasi ferro aut verâ compede deuincti, similiis nostra hæc amentia, qui futili opinionis vino elo affringimus ad certam terræ partem. Sed ut firmiora hæc omittam (vero enim vt possis concoquere:) addo amplius. Si quis deus sponsor tibi per hoc ipsum bellum sit, agellos tuos intactos fore, domum pecuniamq; saluam, te ipsum in monte aliquo constituat velutum Homerica nube: etiamne dolebitis, de te quid hoc non ausim dicere, sed erit non nemo qui gaucho debet etiam, & oculos suos quidè paleat in contusâ illâ mortuorum frage. Quid abinus, aut miraris? Ita infita necio que malitia humani ingenij fert, Letans, vt poëta vetus loquitur, malo alieno. Atque vt poma quædam guttu sauerit acerba sunt: sic alienæ cure, securis nobis. Pone mihi aliquem in Occanii illo littore, qui naufragium spectet, adscietur sanè, sed non inquietudo quodam animi morbi: quia aliena pericula vident, sine suo. Ut reponere cumdem in iactata illâ nauis dolobit felicitate alieni dolorem, idem cum omnia fecimus, diximus, hic est: & nostra mala verè atq; ex animo lugemus, publica dicit mortis causa. Egregio Pindarus: "nō ap' oīnōs m̄t̄ u' l̄d̄ u' v̄l̄d̄".

Quae latit, patet, quam
concedit vul-
garis &

Opinio sibi
est, que can-
tare.

Besung mitte strau
v. fine Versus

Sed etiam
ne angustia
quidile illis
parere causâ
non dolere.

Malitia no-
stra in alienis
malis euia-
ciis.

Ex ambo-
priis infarto-
num premi-
guerque pa-
rato. cūpido
rati. cūpido
tatio doloris
esperie car
ludia alieni.

Atq; ex animo lugemus, publica dicit mortis causa. Egregio Pindarus: "nō ap' oīnōs m̄t̄ u' l̄d̄ u' v̄l̄d̄".

Quamobrem auleum hoc secundum tandem remoue Lipsi, & lapidarium complica: & miseri omni simulatione, ostende te nobis vero doloris tui yuln.

Quærela mes de incrépatione Langi tam liberâ, sed additum; Philo-
sophi id manus esse. Conatus item refutandi superiora: & obligatio
amorisque, qui in patriam.

ACRISS mihi visa prima hæc velitatio, quain interpellâs,
Quæ ista sermoni libertas, imò acerbitas est? inquam.
hic velicias, sic pungis? Iure cum Euripi de compellem,

"nō vñrūrī, nō vñrūrī
ap' oīnōs ducit q; vñrūrī. Bep̄voum.

Langius arridens, Ergo tu crudulum, inquit, à me aut mul-
sum expectas? atqui fertum paullo ante poscebas & ignem.

Et rectè. Philosophum enim audis, Lipsi, non tibicinem, cui
docere propositum, nos ducere: prodele, non placere. Ut pu-
deas & vt ruberas malo, quām vt rideas: vt paniteas, quām vt

exultes. "sufficior, s; dñeas, vñ q; vñrūrī ḡt̄d̄nōs, clamabat olim Ru-
bus: quod sanitatis causa & concurrevit, non voluptatis. Nihil

palpat ille medicus, nihil blanditur: sed penetrat, pungit, radi-
& acti quadam sermonum falso fortes absterget animorum.

Itaque ne in posterum quidem, Lipsi, rosas cogita, sefamum,
aut papaver: sed spinas, licas, absinthium & acetum. Ego ite-
rum, Sed enim Langi, si fas dicere, agis mecum male & mal-
ignesce, vt bonus pugil, legitimo nexu deicis, sed perرغutias

supplantas. Simulatè, atq; lugemus patriam, nec propter ipsam.
Ergo? falso? Nam vt hoc tibi dem (agam enim ingenuè)

respectum in eo aliquem mei esse, at non solius. Lugeo enim, ad te fundam
Langi, patriam impñmis, lugeo: lugeboque, etiam si nullum

mihi in eius discrimine discernam. Iure bono, illa siquidem
est, que me exceptit, fuit, aluit: communis gentium sensu, fan-

ctiflma & antiquissima patens. At enim orbem vniuersum Patria pasti-
patriam mihi das. Quis renuit? sed tu quoque fatete, prater &

hanc grandem & coenunem, altam mihi esse magis definiri-
tam & peculiarem patriam: cui arcano quodam natura vincio

propriis obstringo. Nisi censes vim nullam esse lacendi & at-
traheendi in natali illo solo, quod primùm corpore isto pressi-
mus, pedibus infirmius cuius acerem hauiimus: in quo infantia

nostra vagit, pueritia lusit, iuuentus exercita & educata est.

Vbi familiare oculis calum, flumina, agricibus longā serie cognati, amici, sodales : & tot gaudij illecebræ, quas fructu terra- rum alibi quæram. Nec opinioris hic, vt videti vis, filum te- nue, sed firmi compedes Naturæ. Ad animalia abi, fera ecce cubilia sua amant & agnoscunt; aues, nidos. Pisces ipsi in ma- gno illo & interminate Oceano, frui gaudent certa eius parte. Nam homines quid dicam? qui culti sive Barbari, ita adfixi genitali hunc gleba, vt quisquis vir est, nihil ambigat morte pro ea, & in ea. Itaque, Langi, nouam hanc & rigidam tuam sa- pientiam nec sequor adhuc, nec adsequor: Eutripidem ma- gni, verè adfirmant :

*Impræ
Recessus
Amare pa-
tria cunctis.

divulgatio v. 2
Praet. ipso dicitur.

CAPUT XI.

Refutatus secundus Adfectus nimis amoris in patriam, quem Pietatem falso vocant, utique ostendimus. Item unde origo illi Adfectus, & quid Patria proprie ac vere.

Rationes ex
reputata.

Heluetiorum sedata & mitia: libertatem indulget. Venetorum media: medium dat regimur, eaquo ipsa in tempore fortasse mutaturus est, cum ipsi se mutabunt. Tamen querimus. & cur, inquit, nos diutius bello adfigimur, quam alijs? aut cur in acriori seruitute? Stulte & verè iam ager, tu prudenter ante deum es? Dic mihi, cur medicus aliquis hunc plus ab synthijs aut ellobori misceret, quam illi? nempe quia morbus eius id postulat, aut natura. Idem in te cense. Vident hunc populum fortasse ferociorem esse, ideoque flagris coërcendum: illum alterum mitiorem, & in gyrum reduci posse solà virgine vmbra. At tibi ita non videtur. Valde feliciter id refert! Ne parentes quidem pueri cultrum aut ferrum in manu relinquunt, et si valde se adflectant, praevident enim laetacionem, cur deus nobis ad penitentiam indulget, qui verè pueri, nec salutaria gnatus sumus petere, nec abducere nocitura? Tamen, si voles, & quantum voles, plora. bubes nihilominus illum poculum mortuum, quod non temere tam plenum tibi cœlestis ille medicus propinat.

CAPUT X.

Denique Punitionem ipsam bonam & salubrem esse: dei respectus, bonum, & eius qui puniuntur.

Clades, pni
niédi caufa.

Que punio
naturæ, fel
bonar deho
minumque
reflexa.

Inflatio la
mos, et ca
da quæsi
des. Imbrocij, re
spectu paul
tarum.

A T Punitio ad malos spectat, fateor: non tamen mala. Bona enim primò, si deum respicias: cuius iustitia æterna & immota lex postulat, peccata hominum aut emendari, aut tolli. Castigatio autem, que ablui possunt, emendari: que nequent, Punitio tolliri. Bona iterum, si homines species, quorum stare aut perennare hac societas non potest, si violentis secelisq[ue] ingenis omnia sunt impunè. Ut ad priuatam cuiusque securitatem, priuati furis aut faciari supplicio opus est: sic ad publicam, illustri aliquo & communem. Animaduerisiones iste in tyranno, & orbis terra latrones, aliquando interueniant necesse est, ut exempla sint quæ admoneantur, *Ebas d'Innoç. 6^o Gen. 6^o, &c. vñ. 2^o S. 6^o.*

que alii regibus populisque inclament,

Dicite iustitiam moniti, & non temere diuos.

Bona

Ideo frustis
et medicina
eis inquietu
mus.

Aperte enim
eam pro va
ritate inge
nitorum.

Natura pro
tincta, in
notro morbo
, corrupta.

Bona tertio, si eosiplos species qui puniuntur. Pro ipsis enim, quia non tam vltio haec aut vindicta propriæ est, nec vñquam benignum illud numen — ex irâ panas petere imbibit acres, vt ipi poëta impius ait: quam cohibito quædam à sceleri & repressiō: & vt cum Gracis signanter dicam, *x̄waz, āz̄n̄ ō n̄m̄p̄*. Vt moris bonis clementer saepē immisla, ante scelus: sic desperat malis, in sceleri, quod ita amant, vt nisi sectione ab eo non auellantur. Sicut igitur deus efrænum illum cursum, & peccantes paratosq[ue], peccare benignè tollit. Deniq[ue] pœna omnium bona, iustitia adspicit: sicut impunita mala, qua efficit ut diutius scelleti, id est miseri viuant. Acutè Boëthus: *Feliciores esse improbos supplicationes, quam si nulla eos iustitia pena coercedat, & causam dat, quia bonum aliquod is accedit (pœna videlicet) quod in reliquo cumulo criminum non habent.*

CAPUT XI.

De Fine quarto, qui homini ambiguous est, cum pertinere vel ad Conferationem tutelamque Vniuersitatis, vel ad Cultum. Singula vberius explicata.

H I tres illi fines, Lipsi, certi, clari: & quos pede peragruuntur firmo, quartus supererit, quem vacillante. Ignotor enim ille & remotior, quam vt humana mētis vestigium firmiter eum premat. Per nebula dumtaxat video: & suplicari mihi de eo ius, non facie ambire, sed non adire. Finis quem intelligo communis est, & tangit Conferationem sive Culsum Vniuersitatis. Ac de Cöferatione quadem eò suspicor, quod deus ille qui sapienter hæc omnia condidit & disposuit, ita condidit, vt singula certo numero, augmento, podere definiret, nec modum eū generi cuique excedere fas, sine inclinatione omnium aut ruinā. Ita magnis illis corporibus sui termini, celo, mari, terræ: ita animantium cuique scelto descriptis numeris: itemque hominibus, opidis, regnis. Excedere ea voluntur turbo igitur cladum aliquis atterat necesse est & temperitas. Nam alter, noceant ledantque pulcherrimum hoc opus Vniuersitatis. Atqui excedere volunt sape, præsternit ea quibus data lex lignandi crescendiq[ue]. Homines ecce vide, quis negat densius per

Dinum non
vito propria
sed colubrio.

Anfæctus
egregie 1.
Ricr. 3. ap. 1.
pro. 1. ap. 1.
ut. 3. ap. 1.
en. 3. ap. 1.
en. 3. ap. 1.
en. 3. ap. 1.
en. 3. ap. 1.

w. 3. ap. 1.

Finis quidam
cladum com
muni, &
Vniuersum
speciem.

Ad id con
veniunt fore
omnium.

* s. 6. ap. 1.
E. 6. ap. 1.
m. 6. ap. 1.
m. 6. ap. 1.
H. 6. ap. 1.
S. 6. ap. 1.

Creat. om
nia, & præfer
tim anima
tae, et
terram, &
terram.

H naturam

58 DE CONSTANTIA

Ideoque si violenter nihil interuenient, immensum.

naturam nos nasci, quam per eamdem moris adeo ut duo alii qui homines ex suo cœtu centena capita paucis annis producant, non occidant ex iis denuo aut vicena. Gregem pecudum, crecata immensum, nisi pecuniarum quot annis fecerint aliquas & eligant ad macellum. Aues & pisces aera sive aquas breui implantent, nisi diffidia quedam & velut bella inter ipsa sint, itemque infidus ab humana gente. Opida aut urbes struit & edificat sua queque artas: & nisi incendia interueniant aut ruinae, vix ceperit ea noster & alter orbis. Et licet, in cogitatione simili, perambulabat natura hanc rerum. Quid ergo mirum, si Saturnius ille pater faciem interdum immittit in luxuriantem hunc agnum, & superflua aliquot millia peste demittere, aut bello? Niisi faceret: quia tam regio capidis noscitur nisi quod tellus alendis? Pereat ergo iure in partibus aliiquid, ut summa ista summarum aeterna sit. Ut enim moderatoribus reip. salutis populi suprema lex est: sic deo, mundi. At de Cultu coniugio dupliceiter. Primum, quia ornatum nullum in hac vastâ machina concipio, sine varietate & distinctâ visu scinditudo rerum. Sollem illum pulcherrimum fatetur, sed gratiori tamē cum risu nox facit, & pallium obductum nigra matris. Asfatem amoenissimum, sed quam Hiems commendatur, & glacialia illa marmora, & canes niues. Quæ si tollis, revera sensum gaudiumque intimum tollitis, sive lucis, sive aestus. In hac ipsa nostra terrena, non una facies me delectat. sed planis videre capior & colles, valles & rupes, culta & arenas, prata & silvas: semperque saltidum & satidum, comites paritatis. Et in hac vita, ut sic dicam, scanſa, cur idem habitat mihi semper placet & voluntus? Imo non placet, sed meo animo, Alcedonia interdum & malacia quædam sint, quas mox bellorum aliqui turbines abrumptant, & saevientium tyrannidu procella. Qui voleat hoc Vniuersum, sicut mare mortuum esse, sine vero, sine motu? Sed & Cultam etiam alium odoror, magis ferum, & cum interiore fructu. Historiorum mihi praevent, meliora omnia & molliora serè subsequi post cladum istos nimbus. Bella populum aliquem exigant, sed eadem exacti, & ingenij variatiam culturam plerumque inferunt & artes. Romanis olim orbis terræ acerbum iugum impulerunt: sed iugum salubre

Id est gladio quodam cladem opulentiū & ministrandum.

Alius orbi non fit.

Qui deo tamē ante omnia cura, & co-lam eximia clavis:

Varietate quoddam res-

tum

Itendum, ens-
datio ne Sec-
politicis re-
reundit, aut
meritis.

* Quid pro-
bita prouer-
biunt, & soli
pro securitate
miseri, & gaudi-
ficii refectione.

In reference of war, he observes that it does not people exi-
to a wise army, & that the arts flourish in the warlike.

LIBER SECUNDVS.

59

exitu, quod, ut sol caliginem ab oculis, sic barbatem ab animis fugauit. Quid Galli nos aut Germani nunc essemus, nisi magni imperij illa lux nobis adfuerit? Feri, horridi, cadibus alienis & nostris gaudentes, dei hominumque contemptores. Idemque, vt augoror, nouo huic Orbi cueniet: quem liberi latulari quâ lam fæuita exhausterunt, & iidem mox replebunt & colent. Atque vt iij qui magna plantaria habent, arbores alias transferunt, alias inferunt, alias excidunt: eaque omnia perire administrant, & in bonum fructum: sic in vallo hoc mundi agro deus. Scientissimus cuius ille cultor est: & alibi onerosos aliquot familiarium ramulos defingit, alibi hominum aliquot folia decerpit ac defringit. Iuuat hoc stirpem: at illi edunt, & hæc volant ludibrium ventis. Videt idem gentem illum retrorsam, & virtutum iam esferam: cincit. Aliam asperaram & infusigferam: transfert, & quadam inter se etiam confundit, & velut insinione quædam miserit. Vos, labente imperio, enerves & fracti Itali, quid optimam terrarum occupatis? cedite, & duri illi robustique Longobardi feliciter exercante hanc glebam. Vos mali & molles Graci peñite: & crudilli Scythæ pangunt & mollefcant in hoc folo. itemque confusione quædam gentium, vos Franci Galliam, Saxoness Britaniam, Normanni Belgiam & finitima occupate. Quæ omnia & plura, Lipsi, prompta non ignaio Lectori ex historiâ, & eventis rerum. Atto Namur igitur. & quidquid noxe priuatim nobis infertur, prodeste sciamus in parte aliquâ Vniuersi. Huius gentis aut regni interitus, alterius ortus erit: illius opidi occasio, extrusio noui: nec quidquam propriètic interit, sed mutat. An soli Belgi nos eximij apud deum simus? soli felices perpeti, & Fortuna rautam alba pulli? Inepti, plures imò liberi magno illi patiti sunt: quos permitte, quoniam simus omnes non vult aut potest, foveas & in sinum recipiat per interualla. Fulsero nobis nostri soles: nox paulisper huc nunc sit, & radiatum illud lumen abeat ad Hesperios & occasum, Seneca, ut solet, ad hancrem apte & altè: Vir sapientis nihil indigneus sibi accidere, sciatque illa ipsa quibus ledi videtur, ad conseruationem Vniuersit pertinet, & ex his esse que cursum mundi officiumque conseruant.

*Initial letters: Lame
from the Hague
Glossary, written
Anna?*

*Spanish translation
of Anna?*

*While it is very
graffing in a copy
of history, it is
true. By reason
of the system of
synopsis.*

*Solitudo,
quid ex hoc
fine procedit.*

H 2 C A P.

CAPUT XII.

Contra iustitiam diuinam vetus & vulgata obiectio: cur impares pueri ea inquisitio ab homine remota, & offensa impiam.

CVM interiungeret huc paullum Langius, excepti. Quod fons aquae viatoribus in æstu: id mihi tuus sermo. Fuerit, recræt, & frigerante quodam succo febrim meam temperat & calorem. Sedtemperat etiam, non tollit. Spina mihi illa in animo, quæ præcos quoque pupugit, de imparitate puniendo. Quid enim ita Langi, si æquabilis iustitia illa lanx, telum hoc cladium.

— * plerunque nocentes

Præterit, examinatusque indignosusque merentes?

Cur inquam immergit aliquot populi evertuntur: & culpe maiorum in posteris scæpse expertum & nepotes? Fumus iste acer milii oculis: quem, si potes, rationis radio tolle. Langius contra fronte. Itane adolescens, inquit, iterum mihi exorbitas? nolim. Vt enim perit venatores canem non sinunt abertere, sed infistre vni feræ: sic ego te veglia illa tantum velim premere, quæ signavi. Fines cladium tibi ingero, ut si bonus es, exerciteri festinas, si lapidus, alleueris, si improbus, puniri: tu me rapis ad causulas. Vaga mens, quid per hanc euironam curam tibi vis? Tangere caelestes illos ignes? liquefies. Scandere? Prudentia arcem: cades. Ut papilones, & minutæ quedam animalcula, vesperæ lucerne lumen identidem circumvolitant, donec ambulantur: sic humana mens lascivit circa arcanam illam flammam. Cedo causulas, inquis, cur diuina vltio hos prætereat, illos tangat. Causulas? turpissime dicam, me nescire. Non enim cepit me vñquam caelestis illa curia, necego eius decreta. Hoc tantum scio, causulas ante omnes causulas esse, voluntatem dei. A quâ qui querit aliam, vim & potentiam ignorat naturæ diuinae. Nam causam omnem necessum est, generare quodam priorem & maiorem esse suo effectu: at deo & eius voluntate nihil prius aut maius. non ergo vlla eius causia. Deus præterit, deus tergit: quid ulra hic vis?

Summa iustitia est, vt rectè & piè Saluianus ait, voluntas dei. Tamen

Per occasio-
nem, iustitia
diuina accu-
mata.
Quasi penes
& clades non
ex te, nec
te meritis.
* L. uerq
verius.

Et ad quam
placit cœ-
ditur.

Qui liquid
dous vult,
ideo rectam
qua vult.

men rationem aliquam huius imparitatis exigimus, inquiuit. A quo dñe? cui vni licet quodlibet: & nihil liber, nisi quod licet? Si seruus à patre familiæ, subditus à Princeps rationes exigat; ille contumeliam putet, hic rebellionem: tibi plus animi aduersus deum est? Apage te peruersa curiositas. non alter hec ratio constat, quâ si nulla redatur. Et tamen cùm omnia feceris, non evolues te tuis tenebris, nec ad consilia illa & consultula verè Tacita pertinges. Egregiè Sophocles:

* Ann. i. p. 20. n. 3. Dea, upulorion Dea,
M. deo, d. d. ei orari' vñq. Dea, curva'

CAP. XIII.

Tamen vt curiosus satiasiat, separatum ad tres veteres obiectiones refutum. & primo ad can de Malis non punitis: quos differri docemus, non dimitti, idque vel bonum in pectorum causa: vel naturæ quædam dei, quæ ad supplicium levita.

RVIS hæc & simplex via, solahic tuta, Lipsi: reliqua Simplicitas
fallaces & lubricæ ad lapsum. In diuinis superiusque & modello,
vnum acumen, est, nihil certe, vna scientia, nihil sciare. Tam
men quoniam olim & nunc involvit ingenia hæc nubecula:
euolum eâ te breuerit, si possumus, & haretentem transferam
quoque per hoc flumen. Tu caelitus & aeternæ Mens (in aliud
suspiciebat) pacem veniamque mihi da, siquid in his arcanis
minus pium purum dicam, adfectu tamè pio. Ac primùm,
Lipsi, communiter luſitum suum adferre deo posse videor,
vno isto iœtu. Si adipicere res humanas deus, etiam curat, si
curat, regit, si regit, iudicio regit, at si iudicio, quomodo ini-
stet. Non enim regimen vñlū sine eo fit, sed congeries, cœfusio,
turba. Quid habes quod opponas huic telo? quod seutum aut
qua armæ? si verum faceti vis, imperitæ humanae. Noh capio,
ais, cur hi puniantur, hi nō puniantur. Benè habet, ergo ad
imprudentiam, imprudentiam adiungens, & vim diuinum illius
purisque iuris quia non capis, carpes? Que potest contra
iustitiam iniustior esse ratio? Si hofpes aliquis arbitrai leges
aut instituta patriæ tua velit, filete eum in beas & facetere,
quia non capit: tu terræ huius incola, temere damnabis igno-

Transl. r.
Annot.

* Divina
numen ipsa
regit, scilicet
meritis &
vñq. si per
natura.

Cuius infla-
tia genera-
tum p. rebata.

Quam sola
impunita no-
stra acclata
inflata lego
& more.

62 DE CONSTANTIA

tas cali leges tu opus, conditorum? Et tamen age, licet, pre-
mant te enim iam propius, & calamitas tuae nebulas distin-
que examinabo ad rationis, ut postulas, solem. Tria obici,
quod malos non puniat: quod immorertos puniat: quod sub-
fluit & commutet. De primo, prius. Malos, ait, diuina vlio.
malè præterit. Itane præterit? imo, ut ego sentio, differt. Si ma-
gnus es alienum habeam, & ab illo debito statim exigam,
huic in diem reponam: quid culpes? arbitrii enim hoc certe
mei & sponsi. Atqui idem facit magnus illi deus, cui cùm
penam improbi omnes debeant, ab ipsis eam statim exigit,
in alii differt, sed cum sciret scilicet soluendam. Quia hic inqui-
tas? Nisi tu dei vicem fortasse sollicitus es, & meus nequid ci-
pereat per hanc benignam mortam. Atqui securus es, mi ho-
mo: nemo vñquam decoquet superio huic creditori. In ocu-
lis ciuius omnes sumus, quo cumque fugimus, imo in neru &
in vñclis. Sed vellem, inquit, tyrannum illum nunc puniri,
& pfecti cede eius fatigari tot oppressis. clarior enim ita
nobis dei iustitia. Clarior iustitia? imo tuus mihi stupor. Quis
enim tu ille es, qui deo non ad peccatum solum præcas, sed eius
etiam tempora præscribas? Vtrum iudicem eum tuum esse
censes, aut lictorum rantum & administrum? Abi, duc, ver-
bera, caput obvobito, arbori infelici fufpendito. ita enim
mihi visum. Hui impudentiam / sed deo alter visum: quem
scire debes paullo clarius hic cernere, & alio quodam fine
punire. Te calor exagit, & aufert vindictæ quadam cupido,
at quibus illi remotissimum, exemplum spectat, & corre-
ctionem aliorum. Scit autem optimè, quibus ea vilis esse
possit, & quando. Magna momenta temporum sunt, & fa-
luberrima saepe medicina abit in perniciem, data non oppor-
tunè. Caligulam in primo tyranndis sua cursu fustulit: Ne-
ronem graffari paullo diutius sicut: diutissime Tiberium. nec
ambige, quin eorum ipsorum, qui tum quoque quereran-
tur, bono. Egent diuturna saepe flagello mali nostri & in-
mendati mores: at nos tolli illud statim volumus, & coniui
in ignem. Hac vna tarditatis ratio, qua nos tangit: alia qua
ipsum deum, cui videtur inistruum, rot lento gradu ad vindic-
tiam sui procedat, tarditatemque supplicij gravitate compenget. Bene
Synesius:

Omnis con-
tra Iustitiam
superam ca-
lumnia, rel-
ata.

Dulca pri-
ma, quod
malum non pa-
nitur.

Omnis pen-
itentiam
renuntiam
dom deum
remittit.

Nec hec di-
lata est
fau-
da.

Cum omni-
bus fave-
runtur.

Primo, rem-
petitur cor-
rectio[n]is
causa.

*De bala et alijs
adversariis
Iustitiae
in appressione
multa. Et
de bala
et de propositis
fusis vnde inde
bonis
fortis in de propria
littera. Iohannes Boethius
"Bala" 13th Cent.*

*Secundum, na-
tum fuit (si
fus ita loqui)
dulta.*

LIBER SECUNDVS.

63

Synesius: *yo bala et alijs
adversariis
Iustitiae
in appressione
multa.* nec male præisci, quia hac
mente Deos fingebant laneos habere pedes. Ut quantumvis
feruidus & vindictæ properus sis, non videaris ægide ferre debe-
re hanc moram: ita peccatum interuallum est, ut sit & augmen-
tum. Dic mihi, tragediam si peccates, an indignè si Atreus il-
le aut Thyestes, in primo alteroq; actu, sublimes per se nam &
elati paulisper incandescunt, minentur, imperante ope-
nor. breue enim felicitatem cam esse scias, & expedies & fac-
dè mox ruat in extremo. In mundi haec autem fabula, cur ini-
quier in deum, quam in poëtam aliquem es? Ille inpius floret,
ille tyrannus viuit. Ita, sed cogita primum hunc actum esse: &
iam antè animo tecum præcepit, gaudium iustud manere lacry-
mas & angores. Scena haec mox sanguine diffusur, & voluen-
tur in eo purpurea ista auratèque veltes. Bonus enim ille no-
ster poëta est, nec temere migrabit tragedia fug leges. Nonne
etiam in Musica diffusas aliquamdiu voces ses, quia extrema
desirata scis in concordem? idem hic fac. At enim Punitionem
eam non videns semper laet. Quid mirum? longiuscula enim
sepe fabula est, nec illi persedet tamdiu potuerunt in hoc
theatro. Vident tamen alij: & concipiunt iure metum, quo-
niam amplius quodam in rigido hoc iudicio vident, non ab-
solvi, difundi pœna diem, non tolli. Quamobrem, Lipsi, hoc
tene, differri aliquando impios, non dimitti: nec crimen quem-
quam in pectore gelare, qui non idem Nemesis in tergo Se-
quirur enim illa dea, & vt cum Euripide dicam,

*— or a iug[er]o[lo]t[ro]p[lo]
se h[ab]ita m[er]ita[re] u[er]o[re] t[ra]ns[lat]a*

*fletentes
les[er]e trax-
ge[re] ras[er]a
imp[er]ios in
tempore.*

CAPUT X I I I .

*Deinde ostensum plures esse Poemas: & quasdam Occultas internas
que, que celus ipsum continentur, & quas improbi effugiant num-
quam, que graviora quam illa externa.*

*Q*UAE TAMEN VIT CLARIUS CAPIAS, & SEMEL TE DUCAM IN AT-
TEM IPSAM HUIUS CAUSÆ: HOC SCENDUM, TRIPLEX DIU-
NASCILE POENAS. INTERNAS, POSTUMAS, EXTERNAS. ILLAS APPELLO,
POENAS, INTERNAS, EXTERNAS. ILLAS APPELLO,
QUAE ANIMVM TANGUNT, SED AD HVIC IN CORPORE, VTI

*poenae
dunias esse
internas
externas.*

Postumas:

sunt angores, pœnitentia, metus, & conscientiarum mille mortis. Alteras, QVAE EVMDEM ANIMVM, SED LIBERVM IAM ET A CORPORE ABIVNC TVM. uti pœnae sunt quas, morte obitâ, scelestos manet etiam è prisca illis plerique non vanè sunt suspicati. Arreitas, QVAE CORPVS TANGVNT, AVT QVAE CIRCA ILLVD. ut paupertas, exsilio, dolor, morbi, mortes. Et est quidem plerumque, ut ex omnes iusto quedam dei iudicio in impios conueniant: certè quidem priores due semper. Ut de Internis dicam: quis ille vñquam tam proiectus ad omnem nefas, qui non actia quadam flagella in animo & velut ieiûs ferens, siue in faciendo sceleres, siue magis iam factos? Verè enim! dicitur: "Si rite adiungit in rupes, ut Plato olim dicebat: vel, ut verius & fortius Hesiodus, "In rupes, Cognatum, imò innatū, omni sceleri sceleris supplicium: & nihil in vita securi solutumque, prater innocentiam est. Ut cruciarij, Romano ritu, cruce suam ferabant, ipsi ab eis mos ferendi: sic impis omnibus conscientiæ hanc crucem deus imposuit, in qua pœnas luant priuâlum luant. Ant tu solam eam punitione censes, quæ incurrit in oculos? quam corpusculum hoc subit? Non est externa ista onus leuiter nisi in longum nos tangit: interna sunt, quæ anguit. Ut magis in morbo iudicantur, qui tabe aut marcore laborant, quam qui inflammatione aliquâ aut febri: & tamen haec magis apparet: sic in grauore pœna improbi, qui lenito illo passu dicuntur ad eternam suam mortem. Caligula olim per secutiam imperare solitus, Itaferi, et sentiat se mori: id sicut euenter, quos carnifex ille animus contidic minutis ieiubus cedit & pungit. Nec plendor illi tibi impunit, & circumfusa potentia, aut opes, quia non magis illi ideo felices aut beati: quam fani, quorum febris aut podagra recumbit in purpuro strato. Mendicum aliquem in fabulâ videt, qui regis personam sustinet, auratum & pulchrum. vides, sed non inuides: quia latere sub auro illo scis febrem, pædorem, fordes. idem existima in magnis omnibus ieiis & superbris tyrannis: Quorū mentes si reclaudantur, ait Tacitus, possint adfici laniatus ^{et} ieiûs: quando vi corpora verberibus, ita seutis, libidine, malis consultis animus dilaceretur. Rident illi sepe, fatent

Quæ sepe
sunt alieni &
debet facere.

Externas:

Alioquin ex
aliis semper
expensum in
impiorum.

Prædicatio:

Internæ, quæ
conscientiam han-
tare.+ Subsequens
intraclusa.+ Cognitio
& apud.Quæ pre-
teguntur.

sed non verum risum. Gaudent: sed non germanum gaudium, non hercule magis, quām ij qui capitatis damnati in carcere attinentur, & talis interdum aut sceleris fallere se conatur, nec fallunt. Maner enim imprestus ille imminentis supplicij terror, nec tollit se vñquam ab oculis imago luridæ mortis. Vide mihi, fodes, dimoto extenororum isto velo, Siculum illum tyrannum:

*Districtus ensis cui super impiad**Ceruice pender.*

Anti Romanum illum lamentantem: *Dij me deesse pœnas per-*
*titillor vero
ha exsuffia
ad Senatum.*
Anti ego solus nec amicum habeo, pecuniamque? Hæc vera illa ani-
*morum tormenta, Lipsi, hi cruciatus, angustemper, pœnitere,
mettere: quibus cause compates ecceulos vilos, fidiculas, vincos.*
*Nesciis
mentitur
verba.*

CAPUT XV.

Pœnas etiam Postumas manere improbos, & plerumque imò ipsas
Externas: quæ exemplis aliquot illustribus adfirmate.

AD E iam hoc Postumas illas & eternas pœnas: quas postumus
è mediâ Theologiâ posuisse mihi fatis sit, non evoluisti.
Addicte eternas: quæ tamen si defint, cum priores illa
irrogentur, quis calceum ieiustum ieiûs culpet? Atnon de-
fiant nec factum vñquam (certè larô) quin aperte scelesti &
aliorum oppresores, pœnas item lucranti spectabiles & aper-
tas, alij citius, alij serius alij in se, alij in suis. Vides & querere
Dionysium illum in Siciliâ, stupra, rapinas, cedes, multos
anos impunè exercentem: paullum sustine. videbis cum-
dem mox infamem, extorrem, inopem, à secepto (quis credat?)
ad ferulam deuolutum. Ille magna insula rex, Iudiuu Corinthi
aperiet, ipse Fortuna veru ludus. Parte alij, Pompeium in
Pharaliâ vinci indigatur, & exercitum pœnè è Senatu? lude-
re & laetiuit aliquam diu in civili sanguine tyrannum igno-
scio. video enim Catoni ipsi clavum hæc tantum recti in-
dicij extortum, & elicitan ab alto pectoro ambiguam vocem,
Res diuinæ multum habere caliginis. Sed tamen tu Lipsi, tu Cato,
flectite paullum hic oculos: vnu adspectus in gratiam redu-
ctus.

I
cte vos

Item Iulij
Caesaris

ceci vos cum deo. Cæsarem illum videte, superbum, victorem, opinionis suâ & aliorum iam deum, in Senatu, & à Senatu interfectum. nec simplici morte, sed viginti tribus plagiis confectum, in sanguine suo voluntam. & (quid amplius vulpis?) in Pompej curiâ, superflante Pompej flatu, magnam viçtimam Magni mānibus parentantem. Ita Brutus in campus Philippi, pro patriâ & cum patriâ moriens, mihi quoque miserationi est. sed consolor idem, cùm haut longè video viatores illos exercitus, velut ad eum tumulum, gladiatorio more inter se commissos: & e duabus alterum, M. Antonium, terrâ mariquæ viçtum, inter tres mulierculas, mulierosa illâ manu, agre mortem inuenientem. Vbi tñ es Orienti ille paullo antè dominus? lanista Romanorum exercituum Pompej & reip. sector: En, in fune cruentis manib⁹ pendens, en, viuit in monumentum tuum repis? en, ne moriens quidem auerteris ab eâ quâ tibi morti? Vide an vanâ vocem fupremam & votum illud efflauerit Brutus iam moriens:

* Toto, quod natus es et quod es, ait. Quid ex te?

a Nō finit
etiam in fatus
aut in lugis
etc.

* Ob iubilatio-
nen vñca
at & datur.

* Numq. Ti-
beris.

Coedelio
Iustus loci &
querela de
Mali,

Non enim latuit profecto, non effugit, non item ille alter dux, qui penam iuuenilium sclerorum non obsecrè in se luit, & clarius in omni sui stirpe. Sit felix & magnus Cæsar, & verè Augustus: sed filiam tamen Julianam habeat, sed neptinem: nepotes alios per fraudem per vim amittat, alios abdicet, & horum radio, quadratiuam in mediâ mori velit, nec posfit. denique cum Livia suâ viuat, scđe duclâ, scđe retentâ & quam turpi amo-
re ipse perire, turpi morte per eam pereat. In summo, inquit Plinius, dum ille, celumque nescio adepto magia an meritus, heredita-
tis sui filio excedat. Hac taliaque cogitanda, Lipsi, cum querela illa iniquitatis erumpit: & ad duo tempore vertenda mens, Tarditatem suppelij & Varietatem. Non punitur nuncille? mane, punitur. Non in corpore: sed fortassis in animo. Non viuus? sed certè mortuus.

Nunquam antecedentem scelē, sum

Deserunt pede pena claudo.

Vigilat enim semper diuinus ille oculus: & cùm dormire cum censes, conniuet. Tu tantam æquus in eum sis: nec iudi-
cium tuum inaniter accusa, ipse ab eo iudicandus.

CAP.

CAPUT XVI.

Reffoncio ad alteram obiectionem, de Immeritis. ostensum omnes me-
ruisse panam, quia omnes in culpa, & qui magis aut minus, egrè
in oculo modo ab homine posse discerni. Deum solum esse qui noxas
claræ videat, ideoque iustissime puniat.

SED enim immerit & innoxij aliquot populi puniuntur, inquis. Nam hæc secunda tua querela, siue calumniam potius dicam. Incaute adolescentes, si loqueris? Puniuntur ne immeriti? Vbi ergo gentium, gentes tibi reperte sine no-
xâ? Fiducia, inò temeritas sit, in singulo aliquo homine id ponere: tu nihil ambigis populos & gentes flatuere impec-
tantes? Vanissimè. Peccamus enim & peccauimus omnes, scio: natu in labo, viuitus in labo: & cœli iam armamenta, ut cum Satyrico illo iocer, sinetelo fint, si fulmina semper misla in merentes. Non enim vt pisces in falo nati & alti, sa-
lam tamen non referunt: sic cœendum homines in hac mundi
facie, cœle ipsos sine face. Atqui si omnes innoxâ, vbi popu-
li sunt immeriti? Culpa enim comes, iustissimè pena semper
est. Sed inæqualitas, inquietus, illa mihi displicet: quod quidam
prementur qui minora peccârunt, florent & regnant qui magna. Nempe hoc erat! eripies tu, credo, trititam cœlestis lu-
stite manibus, & tuo quidam sonu ponderibusque cam li-
brabis. Quo enim aliud spectat haec delictorum parium im-
pariumve estimatio, quam ante deum tibi sumis? Sed duo hic, Lipsi, cogita. Primum, testimoniari ab homine noxas alienas non posse, non debere. Quomodo enim? Tu homu-
lis peccata exquireris appendas, qui nec attendis quidem? tu ea
legitimum discernas, qui nec cernis? Quod enim facile mihi
das, animus est qui peccat: per corpus quidem & sensum
hac instrumenta, sed ita vt momentum & pondus omne cri-
minis sit a ipso. Quod adeò verum est, vt si inuitum ali-
quem statuus peccasse, non peccârit. Id autem si est: quomo-
do, obsecro, peccatum ipsum peruidebis, quinque cubile cuius
aut fedem? Nam mentem certè adeò alienam videre nou po-
tes, vt nec tuam. Magna igitur haec vel vanitas vel teneritas

Seconda ca-
lumna de
Immeritis.

Verè calum-
nia & qua-
dū innoxia
non ē aut im-
meriti nul-
quam.

Nec pene-
tencia inae-
qualitas vel
innoxia.

Cui homines
non bona in-
dictas.

Ut qui smi-
num non vi-
deant, peccati

12 tua

tua est, censuram & estimationemque vindicantis in re nec visâ plenâ nec videndâ, nec norâ nec noscendâ. Secundo illud cogita, ut maximè ita sit, nec malum tamen aliquid huc esse, nec iniquum. Non malum: quia illorum ipsotum bono sit, qui castigantur statim vel in minimis noxis. Dilectio illa diuina est: & iure semper sua specula tarditas, cui grauior Punitio adharet. Non item iniquum: quia pœnam, ut dixi, omnes merimus: nec vinquam vel in opiniis illa punitas, ut non macule aliquia super sint falsâ hac aquâ cladium velut eluēda. Quam obtem, adolescens, mitte hanc de estimatione noxarum intratissimum literum, tu terrefris pedaneusque iudeo: deo permette, qui haut paullò requiis de ceterisque è superiori tribunali cognoscet. Ille est solus, qui merita potest expondere: ille, qui sine vlo similitudinem fuso aut ceruſâ, virtutem viuumque videt in vero suo vultu. Quis ei imponat, qui externa & interna pariter rimatur? qui corpus vides & mente? qui linguis & fibras? aperta denique & opera? Quique non facta solum ipsa, sed cauſas eorum & progressus vider in clara luce. Thales olim interrogatus, * ei sibi dicitur spacio ab aliis, dicitur ad se ferocie, & verè respondit. At nos contra hinc in nube, qui non solum occulta seculera non videntes, sub tunica (quod autem) & fini admissa, fed vix aperta & protracta iam in lucem. Non enim culpan ipsam & vienius cernimus, sed externa quædam vestigia admisit & iam fugientis. Optimi sepe nobis, qui deo pessimi: & reiecti contrâ, qui illi eleli. Claude igitur, si sapis, de meritis aut immiteris os & oculos: causa tam obscurâ non bene cognoscuntur de plano.

CAPVT X V I I.

Responſio ad obiectionem tertiam, de pœna translatiſ. exempla monſtraturum id etiam apud homines fieri. Que deo translatiſ bina cauſa fit. & pluscula alia ſati curioſe ſubtilitatis.

Terția caluſiſtis in Subſtitutis in pœna. Quid tamen ne caput homines auro.

AT tertia etiam obſtruſa à te Iuſtitia nebula abſtergenda A est, de Subſtitutis. Pœnas enim, iniquiunt, patim iestè deus transfert: & maiorum culpas male luunt nepotes. Henc/ itame hoc nouum aut mirum? Imò miror ego mirari iſtos mi- tiones:

riōneſ: cūm cotidie ipſi id faciant in ſuā terā. Dic ſodes, be- neſia que ob virtute à Principe maioribus data, nonne tranſuent ad nepotes? fanè tranſuent, nec aliter in multis aut peniſ, opinor, qua iſdem imposta ob ſcelus. Ecce in per- duellionis aut mactatatis criminis, maniſtſo alijs in culpa ſunt, alijs in pena, idque adeo intendit humana ſequita, ut latæ le- ges fint, qua innoxiſ liberos & eternā cegitate puniant, ut mors ſit eū ſolatum, & vita ſuppliū. Maligi veltri animi/ regi ali- cui ad dynastice licet id vultis, non vulnis deo. Cuitanum, fi examinaſ, haud paullò iuſtor feueritatis huius cauſa. Pecca- uimū enī, & rebelleſ magno huic regi ſuimus in vno omni- nes: & per tot ſtiprum trāduces, primogenio illa macula pro- pagata ad infeliciſ natos. Ita nexus & catena quædam hec cri- minum coram deo eſt: nec peccare, exempli cauſā, per meus aut tuos iam cecepit, ſed patrum omnes patres. Quid er- go mirum, ſi punit in poelliſ non proprie diuersa delicta, ſed communione quædam ſeminis iuncta, nec vñquam intermis- ſa? Sed vt omittere huius ſublimia, & agam tecum magis popu- lari quædam rationum viā: hoc ſcito, deum coniungere, qua- nos per imbecillitatem aut in peritiam diſparamus: & fami- lias, opida, regna, non ut vatum quiddam intueri aut confu- sum, fed ut corporis naturamq; vnam. Scipionum illa aut Cesa- rum familia, vnum illi eſt: Romana aut Attica vrbis, ab omni ſuo æuo, vnum: vnum item Romanum imperium. Iure. vi- elū enim quædam eſt & legum iuriq; ſocictas, que magna corpora haec ligat: efficitque ut, etiam inter aucto diſlitos, com- munio quædam ſit premiorū & pœnarum. Itaque Scipiones olim boni? apud celestem illum iudicem poſteris id quoque proſtr. Malis noceat, Belge ante annos aliquot laſciu, au- ri, impij? nos luamus. quia in extēmā omni punitione deus non praeficiunt ſolum ad picit, ſed præter etiam respicit: & diuīnū horum temporum momentis temperat & aquilibriter iuſtitia ſuā lancem. Dixi, extēmā punitione. & velim notes. Non enim culpa ipſe tranſuuntur, aut criminum quædam confuſio fit: abeft: ſed pœna diuata ſive caſtagneſ que- dam circa nos illeſ ſunt, non in nobis: & ad corpora aut opes aut ſedū ſunt, non ad animum hunc internum. Quid au- ſpectant propriè, non ad animum hunc internum.

I 3 tem

Quid in
deſtituta
ſunt nulli
deſtituta
deſtituta
Quia deu-
tum pa-
mentum fu-
mus.

Dreſque
quæ conſi-
ſuſtūt
intra
intra

Societas
aut corpora
de vnam.

Tēpore item
diuina con-
ſuſtūt
iungit

Quæ vido-
lū ſunt ſati-
gatio
premia
& infor-
meſtiaſ
diuinaſ
etiam diuina
ſtrictioſ
almaſ ſunt
exprefſio-
neſ ſunt
excedit.

tem hic iniuria? Heredes enim certe commodorum præmio rumque, si qua majoribus debita sunt, esse volumus: cur onera recuemus & penas?

*Delicta maiorum immeritus lues
Romane.*

canit Romanus ille vates, verè, nisi quod addit *Immeritus*. Meritissimò enim, quia meruere maiores. Sed effectum videre poëta potuit, non adsurexit ad causam. Ut autem in uno condemnat homine, iure in senectate delictum aliquod punimus, admissionem in iuuentutem: sic deus in imperiis aut regnis peccata vetera, quia externe communione ratione, unum quiddam deo sunt, & coniunctum. Interualla hæc temporum apud illum nos non diuidunt, qui omnem aeternitatem clausum habet in capaci sùa mente. An vero? *Martiales illi lupi* olim tot vibes euerterint, tot sceptra frangerint impunè? tantum cædium sanguinisq; haerferint, ipsi semper incurvati? Tum denique fatear vindicem nullum deum esse, qui que nos gerimus audis & videt? Sed non est ita, penas vel in posteris suis pendant aliquando necessum est, tardas esti non feras. Nec Temporum solum hæc cœūnctio apud deum est: sed & Partium. Hoc volo dicere, sicut in homine cum manus, penis, venter peccauit, totum corporis id luit: sic in communis aliquo cœctu, paucorum delictum exptere saepe in omnes præserit. Si i qui peccant velut digniora quædam nembra fint, vretges, principes, magistratus. Vete Hesiodus & ex ipso Sapientia penetrat:

Πάθειν καὶ ζητεῖντα τὸντο, καὶ τοῦ ἀσθέτη πατέει,
Οὐδὲ διαφένει τὴν αἰράνθητα πονηράτα.
Τοῦ δὲ εὐεργέτη μεγάλης καὶ νοούσης Κερίων
Αὐτὰ δημιουρούσα.
Vnius ob crimen penas turbas tota repedit,
Siquis sacrilegè se ferat aut misere,
Iuppiter hinc celo clades immisit ab alto
Peltens fure Fameri.

Ita classis Argiutorum tota periret,

Vnus ob noxam & furus Aiacis Oilei:
ita in Iudea sepiuginta millia hominum peltis vna iustissime
abstulit,

abstulit, ob iniustum libidinem regis. Et interdum contraria vbi omnes peccarent, deus unum paucos felix velut publicares publice noxx. In quo si à rigido illo patiatis iure paulisper discedit, tamen ex iniuriate ipsa & equitas noua ostenditur: & clemēs quædam iustitia in multis est, quod sauita videtur in paucos. Nōnne etiam pædagogi scula, è numero laici scientis gregis, unum aliquę cædit? imperator è usu exercitu, paucos decumatione castrigat? salubri tamen vterque consilio, quia paucorū ea punio terret nihilominus & emendat omnes. Vidi medicos saepe venam in pede aut brachio incidere, cùm totum corpus doleret; quid scio an idem hic sit? Arcana enim hæc arcana, Lipsi: & si sapimus, propius non tangamus sacram illum ignem, cuius scintillas & stricturas quædam videre homines fortasse possumus: non possumus ipsum. Ve i qui in Solem acciui defigunt oculos, eos amittunt: sic mentis omne lumen, qui eam intendunt in hoc lumen. Abstineamus igitur censio curiositate & cù periculo questionis: & hoc saltem nobis stet, ultimari noxas humanitatis non posse, non debere, aliam apud deum trutinā esse, aliud tribunal, & quomodocumque recidita illa iudicia habeant; non culpanda ea nobis, sed ferenda & verenda. Vnam hanc tibi sententiam ingero, quā manū huic rei & simul Curionum omnium ori imponam, iudicia dei multa occulta sunt: nulla iniusta.

Augustinus.

CAPUT XVIII.

Transitus ad Locum ultimum factus, qui ab Exempli, & offensum, vtile interdum esse serie medicinae admisceri quadam iucunda.

HÆC sunt Lipsi, quæ pro diuinâ iustitia dicuntur censui contra hos iniustos, quæ non plane ex re meâ esse effe teor, nec tamen præter illam: quoniam non dabit æquus libentiusq; Clades has feremus, persuasi eas non iniquas. Et interdum hæc aliquo sermonis, subito iterum erupit Langius, Bene habet, inquitne respirauit. Superauit omnes quæstionum illos scopulos, & plenis iam velis inueni mibi polle videor in portum. Quartum ultimumque meum agmen conspicio: *Quoniam pro rationem, ferro duplex.* Et ut nautæ, cùm in tempestate Geminos

* *Ad Dacum
ut pæcatum
amerciata re
confitit.*
+ *Rector Ta
bularum, Reg
aliquad ex
imperio
magno ex
emplo quid
est in reg
satione de
potest
reprobatur.*

*Aduersa co
gnitatio
illius*

*Que nec ea
praedicta, nec
capienda.*

Geminos vident, spem magnam & alacritatem concipiunt: sic ego, cui post hos fluctus apparuit Legio hęc Gemella. Fas mihi enim prisco ritu eam ita dicere: quia biceps, & duo per eam mihi vincenda, Nec grauia hęc mala esse quā nunc patimur, Nec noua. Id dūm facio, in pauca hac quā superant, Lipsi, volentem attentumque te mihi da. Numquam magis Langi, inquam ego. Nam me quoque iuuat easifile illa aspera: & à frā & feuerā illā medicinā, auidē adspiro ad hanc lenem & popularem. Ita enim futuram eam titulus mihi indicat. Nec eras, inquit Langius. Nam vt medici postquam vñerunt & fecerunt satis, non omittunt statim agrum aut depo-
nunt, sed benigna fomenta quādām & acopa adhibent, doloribus mitigandis: sic in te ego. quem quoniam ferro & igne Sapientia purgata satis videor, lenibus nunc quibusdam alloquisi soueo, & tractabo mano, quod dicitur, mollore. De-
scendam ex illo philo splite arduo colle, & deducam te pauli-
lisper in amenos Philologia tuae campos. Idipsum tamen non recreando magis cibi, quām sanando. Vt Democharens medicum autem Conſid̄a cuīdā mulieris nobilis, quā omnem aſteriorē medicinā abhortebat, lac caprārum callide propinasse, sed quas lenitudo paſcebat: sic ego hiftoria quādām & oblectantia tibi infundam, sed occulto quadam Sapientie ſucco tintęta. Quid refert quā yā ſanemus & grum dum perſanemus?

CAPUT XIX.

Non tam grania effe Mala publica, quām evidentur. idque primò, sed breuiter. Ratiōne oſken/um. Circumiecta enim in rebus plerumque vñē timet, non ipſas.

*Prima argu-
mentū huius
punctū leu-
tante adūlū-
tū. Siles Ratio-
ne exanimis.*

SED ades iam mea Legio, & tu ante omnes cohors prima, quā pugnamus, Non esse grauia hęc mala. Id duplicitelo effectum volumus, Rationis & comparationis. Rationis: quia illam si respicias, reuera nec grauia aut magna hęc omnia, quę adſunt quāque imminent, sed videntur tantum. Opinio est quę attollit ea & exaggerat, & velut cothurnis quibusdam auger. Sed deme, ſi lapsi, circumfusam eam nubem, & vide

729

res in clara luce. Paupertatem exempli cauſā in his Cladibus publicis times, Exſilium, Mortem. Laigurit ſi reclus firmi que oculis inſpicis, quantula ſunt: ſi fuis ponderibus examinas, quām letia? Eece bellum hoc aut tyranis pertributa multa te exhauster. Quid rumeris igitur pauper. Natura nō ne tam te dedit, talem rapiet? Quod ſi triste & infame nomen tibi diſplicet, commuta, eris expeditus. Subleuat enim te Fortuna, ſi nefcis, & tuiore iam loco reponuit, nemo ultrā exhauster, quod dannum tu putabas, remedium eſt. At exſilietiam ero. Imò, ſi voles, peregrinus. Adfectum tuum ſi mutas, mutas patriam. Sapientis vñicunque eſt, peregrinatur: fatuus ſemper exſul. Sed more mihi a tyranno imminet. Quasi non coridice a natūra, ſed infamis illa, que per gladium aut perla pucum. O ſtute, non illa aut illa aut illa mors infamis, nihi vita tua fit. Cita ab ore cōdico optimos & illuſtrissimos quoſque, violenta eos vi rapuit. Hoc examen, Lipsi, rebus omnibus (guſtuum enim tantum tibido) adhibendum, quæ terribiles videntur: & inſpicere te vñē, ſine Opinionum vñā velle aut perſonā. At nos miseri ad vana & extera convertimur, nre ipsas timemus, ſed circumpoſita rebus. Eece ſi mare nauigies, & magnum illud ſit, menſis tibiabit, & contremiſis, non alter quām, ſi naufragium ſeceris, totum illud eibendum tibi ſit, ac ſextanus vñus aut alter ſufficerint. Si terræmotus ſubito exortus, qui clamor & metus: conſes totum opidum, ſi ruit, in te caſurum, aut certe domum, & nefcis quām ad cerebrum tuum elidendum ſatis fit vñus aliquis lapis. Non aliter in Cladibus illis fit: in quibus ſtrepitū precipue nos terret, & vaniſſima imago rerum. En ſatellitum illud en gladios. Quid illi ſatellites, quid gladij? quid facient? occidēt. Quid occidit ſimplē mors. & no nōne ipſum te terreat, anima & corpore abſcēſus. Omnia illa agmina militum, omnes illi minaces gladii, facient idem quod vna febris, quod vñus acinus, quod vñus vermis. Sed enim diurius. Imò non paullō lenius: ſiquidem febris illa quam praepotens, toro anno hominem ſepe torquet, ſic hic & momento tranſiguntur. Benē igitur Socrates, qui hęc omnia non aliter appellat ſolitus quām ſequitur ſi uelat. Quas ſi ſumis, vidēſte quomodo pueri te fugiantur, ſed

*hunc te horribilis et
terribilis mors
vñis ſatellitum
aut ſatellitum
gladios. Quid
facient? occidēt.
Quid occidit ſimplē
mors. Non
ne ipſum te
terreat, anima
& corpore
abſcēſus.
Omnia illa
agmina
militum,
omnes illi
minaces
gladii,
facient
idem quod
vna
febris,
quod
vñus
acinus,
quod
vñus
vermis.
Sed enim
diurius.
Imò non
paullō
lenius:
ſiquidem
febris
illa
quam
praepotens,
toro
anno
hominem
ſepe
torquet,
ſic
hic
&
momento
tranſiguntur.
Benē
igitur
Socrates,
qui
hęc
omnia
non
aliter
appellat
ſolitus
quām
ſequitur
ſi
uelat.
Quas ſi
ſumis,
vidēſte
quomodo
puerii
te
fugiantur,
ſed*

*Nos cogi-
nos cogi-
nos cogi-
nos cogi-
nos cogi-*

*Plura res
Tumultus
ſeruos Do-
cessimus
mortis.*

*Socratis hu-
i, ſei fal-
bi, diuina.*

sed pone easdem & veia facie te ostende, accedent iterum & amplectentur. Idem in istis: quae si deuctis personis & sine pompa video, timuisse te fatearis timorem puerilem. Ut grande teles magno strepitu illis, ipsa tamen diffisi: sic ista in spiritu animum si accidant, franguntur non frangunt.

C A P . X X .

Ad Comparationem eventus. sed prius exaggerata Belgariam & huius eis mala. eis, opinio communiter refutata: & offendit, ingenium humanum prouum ad angendos suos luctus.

Interviso
ferentia, q[uod] pli
ratis vobis
aliquis &
diffili.

Copiariorum
officiorum pollic
le leviorum
cladiorum.

* Epiſtolas
fusorum mi
tri presul
Ex Antio
phane ell.

Belgariam fa
tienti multiss.

* Extremum
volumen.

NO ex sp[iritu] aut opinione me tam serius Langij sermo. Itaque abrumpens, Quo abis? inquam. hocne politus? Mell & multa historiarū exp[er]eptabam: ut acre mihi p[ro]mis, & quo nihil mercede in Sapientiā p[er]enu. Quid censes cum Thalete aliquo rem ubi esse[re] Lipis est: qui homo & inter medios homines, remedia etiam desiderat paullō magis humana. Langius elementi voce & vultu, Agnosco, jure culpas, inquit. Nam dum purum illum Rationis radium sequor, excelsius Publicā viā me video, & futurū relaplum in Sapientiae calle[m]. Sed iam emendo: & gradū figo in limite magis noto. Displaceat Falem illius aust[er]itas: melle iibi tempore exemplorum. Ad Comparationem ecce venio: & ostendam clare, nihil grata aut magnum esse in his, quae vndeque circumfusa, malis, si ea confers cum antiquis. Maiora enim multus partibus, & magis dolenda olim. Ego iterum, & quidem impatienti gestu. Hoc aīs? inquam.

— Kāl rōm̄ x̄ḡōd̄ōd̄āc̄ mōn̄ iū.

Numquam Langi, quandiu caput hoc sentit. Quod enim retrō exūm, si recte examinas, tam calamitofum fuit, quam hoc nostrum est: aut quod erit? Quā gens, quā regio tult?

Tam multa dūta grauia, perpeſiaſſera,
quām hodie nos Belga: Bello ecce iactamus, nec externo foliā, sed ciuilī, nec hoc, sed infelino. Non enim partes foliū inter nos sunt: sed patrum (ō patria quae Salus te ferunt) nouae partes. Adde Pelfem, adde Famem, adde Tributa, rapinas, cades; & iugitor x̄arō tyrranidem, oppressiones que non corpor-

corporum foliū, sed animorum: lam in Europā alia quid aut bellum, aut bellī metus. vel si pax, cum foedā feruitate sub ministris dominis coniuncta, & non anterior quoquis bello. Quocumque oculos mentemq[ue] conuertas, suspensa omnia & suspecta: & ut in domo male fulta, signa pluria ruinae. Ad summam Langi, ut annum omnium confluxus in Oceanum: sic cladiū videtur in hoc exūm. Et recens eo tantum quē in manib[us] iam, & adfuit, quid ea que imminent de quibus verē illud Euripideum canam,

Kātōn̄ ò dāl̄as n̄r̄as ò s̄op̄oū

Tozōn̄, ò dāl̄as n̄r̄as ò s̄op̄oū

Langius ad me fecerē & in modum coērcitentis, Iterūm te per querelas itas deici? inquit. Stare firmum te iam putabam: & cadis, vulnera tua coiſſeretractas. Atqui animi quādam quiete tibi opus est, si sanescies. Infelicitissimum, aīs, hoc avūm. Vetus mihi illa cantio. feto avum tuum idem dixisse, scio patrem, scio posteros diuturos & nepotes. Inſtituim hoc à naturā humani ingenio, ad tristia acriter flectere oculos, praeterire que lata. Vt muscas & eiūmodi infecta lezib[us] politis que locis non diu inſident, scabris adhæſeunt: sic querula ista mens meliorē fortem leuite transvolat,asperam non dimitit. Tractat, inſpit, & ingeniosū plectrum que auget. Atque vt amantes in dominā suā numquam non inueniunt, cur eximia ea ante omnes: sic dolentes, in suo luctu. Fingimus īmō yana, nec praefaciā foliū dolemus, sed futura. Quo tam fagacis ingenit[us] pretio? Non alio, quam ut quosdam exercitus motus procul puluis caltris interdum exiit: sic nos deiciat fuituri discriminis falsa ſape umbra.

CAPVT XXX.

Atq[ue] dāinde proprii & preſſe id refutatum, ex Comparatione cum veteribus malis. Primo de belis, & de clade mirabilis Iudeorum.

Attu, Lipsie, plebejū h[ab]e[re] mitte: & ad Comparationē me ſequere, quam depoſcis. Per eam tibi claram, non patiā ſoliū in omni genere cladiū olim eueniſſe, sed maiora: & ex grāndi materiam huic exūo eſſe, quām querendi. Bello, in quis, iactamur. Quid ergo bella nulla apud preſcos? Imō nata,

Inō Europā
totiusq[ue]
profecit la
bileſ.

* Pelagus
marinem cō
tinet Tam
marinū, q[uod] f[ac]ilit
non fieri.
Quocumque na
la ſop̄a
communiter.

Quia p[ro]te
omnes ad
dolorem au
gandim.

Imō & fin
gendim.

Exponit
autem ap
p[ro]p[ri]e
genit[us] p[ro]p[ri]o
cladū.

K z ea,

De bello pa-

num.

*lum in seculis & annis
tempore mali & miserae
causis & bello
civili & hostili
invenit omnia
sunt & locorum
etiam & locorum
tempore
tempore
causis.*

Indumenta
protectione
causa.

* Simplicia
etiam ex collibus
et stipulis.

ea, Lipsi, cum orbe nato: nec desistira, nisi cum illo. At non tam grandia fortis aut tam graui, quam ista. Adeo contraria est, iudicis huc omnia sunt & iocus (serio loquor) si conferantur cum priscis. Non aditum, non exitum facile reperio, si feme me penetrio in profundum hoc exemplorum: sed tamen vissae paulum pereginemur per orbis partes: eamus. Aludca ordiamur, id est a regione & gente sacra. Omitto que in Aegypto passi, que post excellum ab Aegypto tradita enim hac & prompta in diuinis libris: ad extrema venio, & que cum futere eorum coniuncta. Quae opera mihi est, ut expo nam velut per indicem, singillatim. Passi igitur ciuii extemo que bello, non totis septem annis, ista:

Hierosolymis primum interfecti, iussu Flori, — sexcenti triginta.

Cæstare ab incolis, odio gentis & religionis, vno tempore vii milia.

Scythopolis (Cœla Syria vrbis est) — tredecim milia.

Alcalone in Palestina, item ab incolis, — duo milia, quingenti.

Ptolemaide pariter — — — — — duo milia.

Alexandria in Aegypto, sub Tib. Alexandro Praeside quinquecenti milia.

Damaci — — — — — decem milia.

Atque hec velut pri seditionem aut tumultum gesta: legitimo deinde & aperto a Romanis bello:

Ioppe capti à Celsio Floro cæsi — octo milia & CCC.

In monte quadam Cabulone — — — — — duo milia.

In pugna ad Alcalonem — — — — — decem milia.

Per insulas iterum — — — — — octo milia.

Aphaca, cum capta esset, — — — — — quindecim milia.

In monte Garizim cæsi — — — — — undecim milia & DC.

Iotapæ, in qua ipse Iosephus, circiter — — — — — trigesita milia.

Ioppe iterum capti submersi — — — — — quattuor milia CC.

In Tariachais cæsi — — — — — sex milia & v.

Gamala, tam interfecti, quam sponte precipitati, — nouum milia. nec quisquam homo natus ex ea vrbis saluus, præter duas mulieres, sorores.

Gieſalā

Gisca la deserata, in fugâ trucidati — — — — — bia milie, & feminarum ac pueriorum capti — — — — — tria milia.

Gadatenium cæsa — — — — — tredecim milia.

capti — duo milia & ducenti. Præter eos qui in flumen deliriæ infiniti.

In Idumææ vici cæsi — — — — — decem milia.

Gerasij — — — — — mille.

Macherunte — — — — — milie DCC.

In filiâ Iardes — — — — — tria milia.

In Massadâ castello, suâ manu perempti — nongenti & LX.

In Cyrene a Catulo Praeside cæsi — — — — — tria milia.

At in ipsâ Hierosolymorum vrbe, per omne tempus obfidiens mortui aut cæsi, — — — — — decies centena milia.

capti, — — — — — nonagesima septem milia.

Summa haec colligit (prater innumeros qui omisi, dodecies centena & quadraginta milia). Quid a Lipsi? deinceps ad haec oculos? atolle portius: & aude inibi comparare cum unius gentis clade, aliquor annorum in orbe Christiano bella. At quantum tamen illa hominum terrarumque pars, si confertur cum Europa?

CAPUT XXII.

De Grecorum item Romanorumque Cladibus ex bello. Magnus interfectorum numerus ab aliquo dubius. Item vaſſato non orbis, et miseria captiuitatis.

Nec hic insisto: ad Græciam me conseruo. In qua digesta, rere ordine omnia bella, sive inter ipsos sive cum exterioris gesta, longum nec cum fructu, hoc dico, ita exhaustam & attonitam eam continuo cladium isto ferro, ut Plutarchus tradat (numquam mihi fini ira & admiratione lectum) eam vincersam non fuisse, suo æuo, conficiens e tribus milibus milium quot tamen, inguit, olim bello Persico, ynum Megarenum opidulum consecraret. Heu, quo cedidisti flos ille terrarum, fol & fal gentium! Vix opidum hodie alicuius quidem nominis in hac ipsa aetrâ Belgicâ est, quod numerum eum non adsequet idoneum ad bellum texus. Nam Romanos & Italiani

*Greci q. unito.
to miles.
De deserta
etiam invenimus.*

*Eram Italia
& Romani
impensis.*

K 5 peliſtræ.

perlustramus? leuabant me pridem hoc fasce recessionum Augustinus & Orosius. eos vide, & in iis maria malorum. Vnum bellum Punicum secundum, in solis Italâ, Hispaniâ, Siciliâ, supra **quindecies centena milia** hominum (quæsiui enim curiosè) non totis annis septemdecim confampluit. Bellum ci-
vile Cæsarâ & Pompeij, ad **milia trecenta**: & largius, Bruti,
Cæsari, Sex Pompej arma. Et quid bella recente plurium au-
spicio gesta aut ductu? Vnus ecce C. Cæsar (ò pœfle perniciem
que generis humani!) fatetur & quidem gloriatus, **vndeclies centena** & **nonginta duo milia hominum** pœlius à se occisa. atque
ira, ut non veniat in hanc rationem strages ciuilium bellorum.
Paucis annis quibus ille Hispania aut Gallia prœfuit, in ex-
ternos editæ ista cædes. Quo tamen maior etiam hac parte ille
Magnus, qui in delubro Mineruæ inscrisit *fusa à se, fugata,*
occisa, in dedictionem accepta, a hominum ricties semel centena lxxx-
iii. milia. Quibus velut in numerum, si vis, adde, Q. Fa-
biuum, qui **centum decem Gallorum milia**: C. Marium, qui **ducenta** Cimbrorum: posteriori æuo Aetium, qui memorabilis Ca-
talaunico prælio **cavum sexaginta duo milia** Hunnorum oce-
dit. Et ne bellis illis hominum cadaveræ tantum vniſte censeas:
fueré etiam opidorum. Cato ille Censorius gloriatuſ plura
opida se in Hispaniâ cepisse, quin dies in cœlo egerit. Sempronius
Gracchus, si Polibio fides, recenta in cœlum delevit. Nec
habet omne anum, opinor, quod adiutruſ his exemplis, pre-
ter nostrum, sed in orbe alio. Pauci libente annos octo-
ginta in vastis illas & nouas terras delati, quæ funera, dens
bone, ediderunt! quas strages! Nec de caufis aut iure belli
dilero, tantum de eventus. Cerno ingens illud terrarum spa-
cium, quod videlicet magnum sit non dicam viciſſe, à vicenis
tricenisque milibus perudi: & passim intermixti illos greges
sterni, ut segetem à falso. Vbi tu es in ſularum maxima Cuba?
tu Hayti? vos lucayæ? quæ olim sexcentis singulæ, aut denis ho-
minum milibus luciūcetæ, alibi vix quindecim ex iis retinui-
ſtis in ſemen. Oftende etiam te paulum tu Peruana, tu Mexi-
cana ora. Heu miram miferamque faciem / immensus ille tra-
ctus & verè alter Orbis, vastus attritusque apparet, non alter
quam si celesti quodam igne deflagrasset. Mës & lingua mihi
cadit,

Cardi-
p. genit. & Ro-
man. n. & c.
P. Plinius his-
tradit. lib.
vii.

App. Pla-
tacum
a. d. pue-
driportu. n. &
tradit. Plut.
& Aspian.

Idolum
strigis, in d.
excusidum.

a. Cœliab.
Inuita Nam
nous habita
restrinquo,
S. S. S. S.

eadit, Lipsi, dum haec memoro: & video nostra omnia præ
itiis non aliud quām palcarum caſa eſſe, vt Comicus sit, aut
gurguliuſculos minutos. Nec tamen legem illam mancipio-
rum adhuc reſero: quā nihil acerbius in veterum bellis. Ho-
mines ingenios, nobiles, pueros, faeminas, omnes viator abri-
piebar, quis ſeit an in æternam feruitem? Certe feruitem, Capitoles
olim aerobis, & squanda mortis.

CAPUT XXXIII.

Pœſia Famæ que priſca inſignia maximè exempla. item Tributorum
magistrato que olim. & rapinorum.

AT tu pergis in querelâ & Pœſiem etiam adtexis Famem-
aque: Tribura & Rapinas. Vis igitur ſingula coparemus? Pœſia, que
apud veterem.
led breuiter. Die mili quorū mili Pœſia in totâ Belgia, ab-
ſtulit, hi quinque aut ſex annis? Opinor quinqueaginta, aut ut
largiter, mili centum. At vna in ludâ pœſia ſub Duidere-
ge, **septuaginta** mili abſorpſio, die non toto. Sub Gallo & Vo-
lufiano Imperatoribus, pœſias ab Äthiopiam exortiſ omnes Zonare.
Romanae prouinciae perauasit, & per quindecim continuos Tom. I.
annos incredibiliter exhaustit. Neca in vnuqam maior lues
mili hec, ſpatio temporum, ſue terrarum. Seuītā tamen & impetu inſignior illa quæ Byzantij finitimusque locis gra-
fata, Iustiniano Princeps. cuius viftanta, ut in ſingulos dies
quinque mili funetur daret, interdum etiam **decem**. Timidè
hoc dicerem & ambigous fidei: niſi fidissimi huic rei ab illo
ipſo æuo ſtelleſ. Nec minùs miranda Africana pœſia, qua
euerſa Carthaginem orta, in ſolâ Numidiâ **oſtingent a bonum** Pœſia.
milia delectu: in maritimâ Africâ, **ducenta**, & apud Uticam **tri-**
ginta mili militum, qui ad oras eius præſidium relēti, iterum
que in Græciâ, Michaelis Duca imperio, tam ſeuia: **ducenta-**
zona (Zonare verba ſunt) ratiō, **Cœtræzœnæ** **et** **Agadæzœnæ**, **Græcozœnæ**, ib. 11. de Rebus
la Pœſie.
et vni proſu pares non eſſent mortui ſepelendis. Denique **Pœ-** ib. 11. de Rebus
la Pœſie.
ſat ib. 11. de Rebus
la Pœſie.
trachæ æuo, ut ipſe recit, tam valida in Italiā incubuit, ib. 11. de Rebus
la Pœſie.

ex mil-

Fatigatusque apud veteres.
Appianus Annal.

Appianus
Tobatorum
cibus magis-
nudo.

Appianus
factulariorum
nuditatis.

Appianus
libr. 11. cap. 1.
Anno 110.
Tunc agri in-
terfectio et
tempore de-
cim annos.
Diss. lib. 1.

In colonis
dabiliendis
secundatis.

ex milenis quibusque hominibus vix decem superessent. Iam de fame, nihil protecedo nos aut etas nostra vidimus, si videamus antiqua. Sub Honorio Imperatore Roma tanta caritas & caritas omnis annoz, vt homines hominibus iam immisererent, & in Circu palam auditilla vox, PONE PRETIUM HUMANAE CARNI. In toto Italia vastantibus eam GOTHIS, sub lustiniiano, iterum tanta; ut in folo Piceno quinqa- ginta hominum multa fame interierint: & paucum in vsum ciborum verfa sint non carnes solum humanae, sed humanae excre- menta. Dux mulieres narrare exhortefco, septendecim viros per infidias noctu interfecerant, & comedebat: ipsa à decimo-octavo, quid agi senserat, casca. Nec refero in Sacra virbe famem, & exempla iam protitra. Quod si de Tributis etiam aliquid dicendum est: non nego grauius esse quibus premiur, sed ita si sola & per se a video, non si componas cum prisie. Pleraque omnes provincias sub Romano imperio, fructuum ex agro pascuo Quintam quotannis perfoluerunt, Decimam ex agro arato. Nec defuerit Antonius & Caesar novem decemque annorum tributa exigere in unum annum. Iulio Cæsare interfecto, cum armis sumpta pro libertate, singuli ciues vigi- manquant omnium bonorum dependere iussi: & hoc amplius, Senatori ordinis omnes, in singulas adiunctorum suarum regulas, sex asse. Quia immensa contributo, nostrisq; sensibus nec credende nec reddenda. At Octavianus Cæsar, sero de ratione nominis sui habitâ. Octavianum omnium bonorum partem à libertis exegit, & accepit. Et omittit que Triumviri, que alijs tyrranni patraverunt: ne nostros doceam, recitando. Vnum tibi infty omnium exactionum rapinatumque sit, de Colonis. Quo inuenio vt nihil ad vnu imperii firmius, ita nihil in subditos cogitari potuit tristius. Deducerantur paucum legiones cohortesque veterane in agros & opida: miserique provinciales momento temporis bonis & fortunis omnibus prouolucebantur, idque nihil aut, nihil merit: sed pro crimine omni, opes aut optimi agri. In quo profecto gurges quidam calamitatum omnium apparet. Miserum est nummis solariis quid etiam agris restetque? Graue istis pelli: quid toto patria? quid templis artifisque? Distrahentur ecce aliquor multa ho- minum,

minum, liberi à parentibus, domini à familiaribus, vxores à viris, & in variis terras, vt cuique fors sua fuit, spargebantur: alij in stientes Apôs, vt poëta in hac ipsa re ait, Pars Scytham, Quæ cederet, aut tota diuisos orbe Britannos. Solus Octavianus Cæsar in solâ Italia duodecim parta colonias collocauit, in prouincias quo libuit. Nec alia res magis, vt ego scio, exitio fuit Gallis nobis Hispanisque.

CAPVT XXIIII.

Crudelitatis & Cedium narrationes aliquot, mire, & supra omnia scelerâ humas eu.

SE d' scutitia tamen hodie, inquis, & cædes inaudite. Scio quid innuas, & quod nuperum factum. Sed tuam fidem, Lipsi: tale nihil apud antiquos? O imperitum te, si nescis: maxime & in- fulum, si dissimilas! Exempla enim adeo prompta & multa, vt laboremus in eligendo. Sullâ nomen nosti, illius Felicis & ergo & proscriptionem eius infamem & immanem, quâ *milia* *Palermi* *lib. 11.* quattuor & septingentas ciues abfulti vni virbi. Et ne vilia quadam capita aut e plebe censeas, centum quadragesima in iis Senatores. Nec tango cedes innumeratas, qua vulgo facta permisit cius sine iussu, vt non inmerito vox illa Q. Catulo exprela sit, Cum quibus tandem vlturi sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? At Sullam eumdem hanc multò post imitari tres discipuli (Triumviro intellego) pariter proscrisserunt trecentos *Appianus* *lia numeras.* Senatores, equites Romanos supra bis mille. Hec scelerâ, quibus nihil aceribus Sol ille vidit visurusq; est, ab ortu omni ad occasum! Appianus, si voles, lege, & in eo variam feedamque imaginem latitantium, fugientium, fistitium, extraentium; liberorum circi ciuilantium, & coniugum: percam ego, nisi humanitatem ipsum perire dices fero & ferino illo ævo. Atque haec in Senatoribus equitibusq; gestata est, totidem penè regibus aut dynastiis: sed in multitudinem fortasse non facilius. Imò vide mihi eumdeni Sullam qui *quattuor legiones* *opere ex-* *tra* *parte*, *sidem eius fecerat in publicâ Villa*, nequequam falla- *cius dextrâ* *misericordiam implorantes, obtruncari iusti.* Quorum eum morientium gemitus. Curiam quoque attigisset, artronito

L & con-

& conuerso Senatu: Hoc agamus, inquit, Patres conscripti paucis editos iussi meo puniantur. Nec scio quid magis hic miter: hominem id facere potuisse, an dicere. Et plurimae poesis saeuitia exempla: capte. Seruus Galba in Hispania triu civitatum conuocata populo, quasi de commodis carum acturus, *septem milia*, in quibus flos iuuentutis confitebat, repetit utrictidae. In cädem regione¹ L. Licinius Lucullus consul, *Caucorum cypri* milia contra deditiatae stipulatae fiduci immisili in vrbem militibus occidit. Octavianus Augustus Perusia capitâ, *trecentos* e deditiatis, elelos p̄triusque ordinis ad aram D. Iulii exstricata boſiū more maſſauit. Antoninus Caracalla, neficio quo s̄cios iocos infensus Alexandrinis, pacis specie in vrbem cam veniens, vnfuerſam iuuentutem in campum conuocatam, milite circumdedit, & signo dato ad vnum, omnes occidit. parique faciūt in reliquā multitudinem v̄lus, frequentissimam vrbem p̄orſus exhaustis. Mithradates rex vnā ep̄ifolia olognata milia ciuium Romanorum negotiandi cauſā per Asia dispergit, interēmit. Volefus Mellala proconsul Asia, *trecentos* vnā die securi persecut, & inter cadaveria reieciatis manus superbe ambulans, quasi rem magnificam fecisſerit, proclamauit, *et op̄p̄ua p̄vicius*. Et profanos adhuc loquor impiosque. sed ecce tibi etiam inter deo vero deuota nomina Theodosium Principem, qui Thessalonice per summum seculis & fraudem *septem milia* innoxiorum capitum in theatrum quasi ad ludos conuocatos, immisso milite necauit. Quo factō nihil magis impium vetus omnis impietas habet. Ita post hæc mihi Belge, & saeuitiam sue perfidiam Principum accusata in hoc aucto.

CAPUT XXXV.

Tyrannis etiam nostra elevata, offensa ea à naturâ sine malitia humana ēſſe. & exteras internasque oppreſſiones fuſſe olim.

DE NI QVE Tyrannidem etiam hodiè culpas, & opprefſiones corporum atque animorum. Nec ambitione mihi nunc decretum attollere æuum nostrum, vel adſigere, cui enim bono: hoc quod ad Comparisonem nostram facit, dicam,

cam. Quando mala ista non? & vbi non? Cedò mihi scilicet Cœlio sum aliquid sine insignityrannie, cedò gentem. Si potes (subito) retinare, & opprefſionem discrimen huus alea: ego quoque confitebor miseriosos nos miserorum. Quid taces? Verum est, vt video, illud diſyrticum vetus, *Omnes bonos Principes in uno annulo posse perfibiri*. Inſitum minitrum humanis ingenii, imperio Qinib[us] oriſſo, & inferno, & ferocijs, & ferocia, & vnam ingenii, inclusa in pectore gestamus: nec voluntas plerisque ea effectori deſſet, ſed facultas. Serpens cum frigore torpe, venenum nibilominus habet, ſed non exercit: ſimile in nobis, quoſ ſola imbecillitas arrect a nocendo & Fortunæ quoddam frigis. Da vires, da inſtrumenta: vereor ut vel impotentissimi plerique illorum ſint, qui nunc tam iniqui in potentes. Exemplum in cottidianâ iſta vitâ. Vide mihi patrem illum ſeuientem in filios, dominum in ſeruos, p̄ceptorem in discipulos. Phalarides in ſuo genere omnes iſti ſunt: & fluctus eisdem in fluminis excitant, quos reges in magno mari. Nec animantibus aliis non hac natura, ne quibus pleraque ſeuient in congeneras ſibi species, in aere, terra, aqua.

— pīſces ſic ſape ministris

Magnus comit, ſic aues eneat accipiter.

attinge Vattro. Sed corporum iſtae oppreſſiones ſunt, inquies: hodie hoc exūim, quod etiam animorum. Itâ, animorum: vide ne inuidioſe hoc potius, quam verè. Ignorare mihi ſeſe & naturam illam celeſtem videtur, quifquis premi eam putat poſte aut cogi. Nulla enim externa vi vñquam facit, ut velis quod nolis, ſentias quod non ſentis. Ius aliquis in vinculum hoc animi habet ſiuſ nexum: nemo in ipſum. Sol uere eum à corpore tyrannus poſet, non naturam eius diſſoluere: qua pura, æterna, ignea, ſpernit externum & violentum omnem tactum. At ſenſum tamen animi non licet expromere. Eſto, ſed lingua tuat igitur frena ponuntur, non animo: nec iudicis, ſed factis. Sed nouum hoc ipſum & inauditorum. O bone, quam erras! Quot tibi poſſim dicere qui ſub tyrāni ſenſum ſuorum poenarum fuerūt, propter incantam linguam? Quām multi ex iſdem vim adſerre iudicis conati?

L 2 & iudi-

& iudiciis dico in re pietatis. Persarum & Orientis reges adorari, tralaticium fuit. & Alexandrum, eundem diuinitatis cultum sibi adseruisse scimus, ruricā Macedonia suā non probante. Inter Romanos bonus ille & moderatus Princeps Augustus, Hamines & sacerdotes in provinciis imo in dominibus singulis habuit, vt deus. Caligula decorum statutis amputato capite, suum imponi iussit, ridiculā in pietate. idem templum suo pumini, sacerdotes, & que scitissimas hostias instituit. Nero Apollo habeti voluit: & illustrissimi ciuium interficti, hac præscriptione, quod nūquam pro celesti voce immolassent. Iam Domitanus, Deus dominusque noster, palam audiebat. Quæ variantes vel impieties si hodie in vilo regum, Lipsi, quid dicentes? Nec adhuc nō propius hanc Scyllam, in quam non trahunt aut pellent me vili ambitione venti.

* Axīdūus γάρ έστιν οὐδέποτε.

* Pericula
vacui silenti
primum.

* Pelion mites
verravant
videt mortis.

Vnum tantum in totam hanc rem præfæ seruitutis testimonium adferamus, & quidem è familiari tuo scriptore: quod ve-
lim attendas. Tacitus de Domitiani aucto: Legimus cum Aru-
leno Rufico Petri Thrasea, Herenio Senecione, Præfici Heliodorus
laudati essent, capitale fuisse, nec in ipsis modo auctores, sed in libros
quoque corum centum, delegato Thaururis ministerio, ut monumenta
clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro venerentur. Sicut illi
igne vocem populus Romani, & libertatem Segnatus, & conscientiam
generis humani aboleri arbitrabantur: expulsi insuper Sapientie
professoribus, & omni bona arte in exilium adiit, nequid si quam ho-
nestum occurret. Deditus profectò grande patientia documentum,
& sicut vetus etas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid
in seruitute: adepto per inquisitiones etiam loquendi audiendaque
commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidimus, si tam
in potestate nostræ esset obliuisci, quam tacere.

CAPUT

* 24. in
alii à M. H. obstatum.

CAPUT XXVI.

Postremo doctum non mira aut noua esse hec Mala, hominibus
gentibusque omnibus semper communia. & solatium in ea re
que scimus.

N EC adtexo plura de Comparatione, ad alterum Legionis mee agmen venio, quod oppugnat Novitatem: Contra se
sed breuiter & contemptim. Spolia enim potius leger ex de-
ciuto tam hoste, quam vt confertā manu acriter cum eo pu-
gnet. Reuera autem quid hic homini nouum esse potest, nisi
qui ipse noui nouitius in humanis rebus? Crantor egregie &
prudenter, qui versum hunc semper habebat in ore.

* Olym. 7. 8' Εύας, Γράμμα της θεωρίας.

Circulant enim contidie haec clades, & orbe quodam eunt
per hunc Orbum. Quid tristia haec euenire ingemiscis? quid
admirare?

* Οντεται επειδη οφελονται ηγεσθαι.

Αγάπουν Ἀρπός,

Δειδη ει χαρπεν καὶ λαπεῖν.

Ομοιος οἴκος, καὶ οὐ σε θάψει,

Τει διοι οὐτα βασιλεύοντα ισα.

Illud potius mirum, si exlex quisquam ab hac communi lege,
nec onus ferat quod ferunt omnes. Solon amicum quem-
dam Athenis grauitate lugentem in arcem deduxit, & subie-
ctas omnes in magnâ vrbe ades ostendit: Cogita, inquiens,
quām multū luctus sub his rectis olim fuerint, nunc verentur,
postea futuri sint; ac mitte mortalium incommoda tamquam
propria deflere. Velen idem tibi fieri possit, Lipsi, in magno
isto mundo. Sed quoniam re non potest, age, fiat pullus per
cogitatione. Siffo te in alto illo, si vis, Olympo. despice mihi
omnes vrbes, prouincias, regna: & cene totidem confepta te

videare cladem humanarum. Amphitheatra haec quædam
sunt & velut Arenæ, in quibus cruenti illi Fortune ludit. Nec
longè oculos mitte. Italiā vides? nondum triginta anni sunt,
cum à senis aperitisq; ab vitroquelatere bellis conqueuit. La-
tam illam Germaniam? validę in ea scintille super discidi ci-

L 3 utilis:

Clades in
omni gube.

uilius: quæ iterum exadescunt, & nū fallor, in exitiale magis flamnam Britaniam? perpetua in cā bella cædesque. & quod nunc paullisper in pace est, imperio debet pacati sexus. Galliam? vide & misere. etiam nunc per omnes eius articulos gangrena serpit sanguinolenti belli. Nec aliter in toto orbe. Quæ cogita, Lipsi; & communione hac miseriarum, tuas leua. Atque vt triumphantibus à tergo destitui seruus solet, qui in medio triumphi gaudio idemtide interclamaret. Homo es: sic ibi monitor iste semper adistat, Esic hæc humana. Ut enim labor cum pluribus communicatus leuior fit: sic item dolor.

CAPUT XXVII.

Sermonis totius Conclusio. & ad repetendum cum ruminandumque brevis admonitio.

EXPLICVI copias meas omnes & sermonem, Lipsi: & habes quæ pro Constantiâ dicenda mihi censui in Dolorem. Quæ vñiam non grata tibi solam, sed faluria: nec delectant, sed magis iuuent! Iuvabunt autem, si non in aures solium, sed in animum demittas: nec audita tacere & inarectare capatiere, vt femina sparsa summo folg. Denique si repetes feriò & ruminabere, quia vt ignis è silice non uno concusso elicitar: sic in frigido illo peccore, non primo admonitionum istu accendit latens & languens in nobis vis illa honesta. Quæ vi verè aliquando in te ardeat, nec verbis aut specie, sed re & factis, supplex quæ solem veneriorque æternum & diuinum illum ignem.

Cùm dixisset, surrexit properè, & Eo Lipsi, inquit. Sol hic meridies prandij mihi index, tu seque. Ego alacer ac libens, inquam: quod quæ in mysteriis solet, iure nunc acclame, — Reges razzi, Regi dños.

Et regi manus respet
bonum.

FINIS.

AD DEVUM

AD DEVUM

PRO CONSTANTIA

P R E C E S

Fusæ in graui & diuturno meo morbo, anno
xx. ID. LXXIX. Ætatis meæ XXXII.

CVi mare, cui tellus famulatur, & ionea cali
Sidera: quem metuunt mortalia scæla animantium:
Alme Deus, sine quo dias in lumine oras
Nil venit, & sine quo nil exit luninius oras:
Adspice me quem languor habet, quem tabida vexat
Fébris, & exiguam suadet sperare salutem.
Annue ne pariter cum corporemens brutescat,
Neu timefacta meum fugias. **C**ONSTANTIA pectus,
Certa eteum vite finis mortalibus infat,
Et cuncti properamus eundem tangere portum:
Non cursum tameu omnibus vnu, o ille beatue
Qui vita infames scopolos & naufragia faxa
Fessim potuit pratercessisse carinâ!
Quando vola mea Parca, sequar. non hic terrenis
Impeditor curu: nec mesuca a veneo
Vellera, nec rutilo splendor perfirmit ab auro.
Sola mibi doce arrisit pellacia Muse:
Hanc quoque fferno libens, tu tantum die deorum,
Mundi mens eterna, & inenarrabile numen,
Suscipte me, & letum meliori in fede repono.

INDEX

INDEX CAPITVM,

*Quem subiecimus ut Lectio in uno aspectu habeat
filum totius operis & contextum.*

LIBRI PRIMI

CAPUT I.

Prefatio & introductio. querela
item ad quae Belgiam turbis.

CAP. II. Pregationem non facie
re ad internos morbos. indiciam eam
eis, qui medicinam, nisi in re leui
quidam & primo adfectus morbo.

CAP. III. Atrox animi morbos no
toli ei, non minus imd per eam recu
dere. Animis esse qui in nobis agro
recesserit, remedium a Sapientia & Con
stantia dependit.

CAP. IV. Definitions. Constantia,
Patientia, Recrationis, Opiniorum
Item Peccatoria quid a Constantia dif
ferat & a Patientia. Abiectione.

CAP. V. Ratio & Opinio unde origi
nem habet. virtutis vires & effectus.
Alteram ad Constantiam ducere, alte
ram ad Leuitatem.

CAP. VI. Constantiae laus, & serua
ad eam.

CAP. VII. Quid sit & quomodo quod
Constantiam turber. bona & mala ex
terna esse. Mala autem duplicita. Publi
ca & Privata. ex sua gracia & periculis
maxime videri publica.

CAP. VIII. Mala publica oppugnata,
sed ante omnes tuis Adfectus coerciti,
ex quo in Capitulo ambito quae
dam Simulatio, quia homine Mala
propria, ut simulatio lugent.

CAP. IX. Simulatio ea claribus recte
ta, ab exempli obiecto de vera Patria
dictum, item omniis hominum gan
dium manibalem, cui ipsi extra ea.

CAP. X. Querela de irruptione
Langii tam liberis, ad additionem, Phi
losophi id manus esse. Conatus re
futandi superiora: & obligatio amor
que, qui in patriam.

CAP. XI. Refutatus secundus Adfe
ctus.

Etus nimis amoris in patria, quem Pie
tates falso vocant, idque oftensum,
Item unde origo illi Adfectui, & quid
Patria proprie at vere.

CAP. XII. Tertius Adfectus temperatu
ris, qui Miseratio, et in viro effici
discriminata, locis caufa, à Misericordia
quomodo, & quatenus eis videntur.

CAP. XIII. Remissi obfuscis, ven
tum ferò ad eleandrum aut tollenda ipsa
Publica mala, quatuor ex principiis ar
gumentis oppugnata à me & expu
gnanda. Et primò hic de Prudentia
dicunt, ex qua probata inesse & prece
rebus humanis.

CAP. XIV. Nihil hic geri, nisi Prudi
entie eius mutu, ab ea clades in popo
los aut vibes immitti. Idem parum pie
super illis que nos aut flere. Denique
adhortatio ad parandum deo, cum quo
temper & frustula pugnare.

CAP. XV. Ad secundum pro Constantia
argumentum transiit, quod à Ne
cessitate. Vis eius & imperio. Duplicit
ea Necessitas considerata: & primò in
Rebus ipsi.

CAP. XVI. Exempla necessaria: muta
tions autem in terra Oibe, Calum
& clementia converti, aliquando interi
tura. Idem in opibus speciarum, in pros
critis & regnis. Denique gyrate hic con
tra illis.

CAP. XVII. Ventum ad Necessitatem
que ē Fato. Fatum ipsum primò adser
tuonem de Constantia. Cupido inven
di, bonum effici a deo. Secunda signum
neque quidquam stabile aut firmum.

CAP. XVIII. Vulgi in eo & sapientium vni
versum quendam conuenienti fuisse, sed in
paribus diffensum. Quoniam præfici
Fatum.

CAP. XIX. Tria prima genera Fati
explicata breueriter. omnium definitio si
ue de scripto. Socie leuiter & breuiter
exposita.

CAP.

INDEX CAPITVM.

CAP. XX. Quartum fuit Verum Fa
tum explicata. De nomine ipso dictum
breueriter. Id definitum temere filo: &
effectione. A Providentia differit.

CAP. XXI. Distinguendum & distinxum id
a Stoico fato quatuor terminis. Often
sum accuratissimo modo vim non in
ferat voluntati, itemque deum nec *avisi*
deum nec auctoritatem efficit.

CAP. XXII. Conclusio tractationis de

LIBRI SECUNDI.

CAP. I. Occasio repetiti sermonis: ita
ad Langii amerciam horcum, eiusque
laudam.

CAP. II. Horcum in genere Lau
dato. Calum cum antiquum effe, & à
naturi. Reges & viros magnos vñtpaf
fe. Denique delectatio eorum ob
eos posita, & non improbum meum
votum.

CAP. III. Contra curiosos qno
dam differentem, qui horci ad vanitatem
& ignorantiam abstinent. Quis veras co
ram vias. Sapientibus & doctis idoneo
ella, & Sapientiam ipsam aliam in iis &
educatam.

CAP. IV. Ad Sapientiam iniquum ve
hortatio, per eam ad Constantiam ve
tus & ferida sententia intermixta vt ferias
Phaleophy literas cum amerciacionibus
illis & liberalibus coniungit.

CAP. V. Sapientiam non voto, sed fo
rando acquirere. Redirem in sermo
nem de Constantia. Cupido inven
di, bonum effici a deo. Secunda signum
neque quidquam stabile aut firmum.

CAP. VI. Pro Constantia tertium ar
gumentum ab VIII. Clades bona esse,
Originem inveniente fine Finem. Origini
em enim a deo fuisse, qui attemnit
& immutabilitate bonus, idemque cau
fus nullius malorum.

CAP. VII. Finem item clamidum sem
per dirigi in bonum-ensi per sepe ex per
nostis honestis, & quibus causa adm
ittitur. Sed fragi & temperari coram
vix a deo. Sicut omnia in nostris viis,
obirent dictum cur Malorum opera
in illis deus veatur.

CAP. VIII. Magis distincte de finibus

M culpa

INDEX CAPITVM.

culpā. & qui magis aut minus, sepe
imō nullo modo ab homine posse dif-
ficiunt. Deum solum esse, qui noxas clāre
videat, idēcō quae iustissime puniat.

CAP. xvii. Rēspōsio ad obiectiō-
nem tertiam, de pugnis translatiis, exem-
pli monstratiū id eis, apud homi-
nes fieri. Quæ deo translatiōis huius
causa sit, & pluscula alia fatis curiose
subtilitatis.

CAP. xviii. Transitus ad locum vi-
tium factus, qui ab Exemplis &
offensum vtile interdum efficerit me-
dicinae admisceri quedam iucunda.

CAP. xix. Non tam grauitate Ma-
la publica, quam videntur, idōne pri-
mo, sed breviter, Ratione offensum.
Circumiecta enim rebus plenius
vanè timeri, non ipsas.

CAP. xx. Ad Comparationem ven-
tum, sed prius exaggerata Belgarij &
luitus qui mala, eaque opinio commun-
iter refutata, & offensum ingenium
humanum prouidat augendos fuos
Iuctus.

CAP. xxi. Magis deinde proprietate &

FINIS INDICIS.

APPROBATIO.

Hos duos I. Lipsij de Constantia libros, r̄vel hoc nomine
prelo dignos censeo, quod non iam, vt alie eiusdem lucu-
brationes, libri & lapidibus, sed ipsi animo calenti languentique
lucem & medicinam adserant, quibus si admirerit, ad illud robur
proficiat quicque ac consuleat, vt si fractus illabatur orbis, in-
panidum feriant ruine.

Guiliel. Fabricius Nouiom, Apostolicus ac
Regius librorum Censor.

IN CONSTANTIAM

V. C. IVSTI LIPSI.

DVM patriam exerceat plus quam ciuilibus armis
Triflie inter Reges fidicium & populos,
(Ab quantum lis illa dedit quantunque datura est
Sanguinis! at r̄ vos d̄ meliora date.)

Non uide casis, avibus non militat usq;dem
Belgica, & heu ciues perditum in ipsa nos.
Tantorumque diu sperata fru laborum

Decipimus mendax fies ea abit miseria.

An mirum aduersa rerum succumbere mole.

Deinceps gradu tantum non animum excidere?

Ceu nauem innuit Rector pugnantibus Austris

Dicit, & pelagoludibrium ire finit.

Id vero prohibet IUSTVS (mibil addamus ultra)

Per quem degeneris non luce esse animo.

Ille ipsi bellum Dux non inglorius inferre.

Fortune, en r̄ viso ve tota stupet titulo.

Ille addit viris animoso : turpe labantem

Sustinet, & mente stare facit solida

Omnem impavidum contra casque minasque

Ceu contra fluebas stare solent copoli.

Ut iam, Socratis quamvis strictere magistros,

Quantum v̄quam est, melius nil dubi inuenias.

F. Duclius I. C.

DOM. BAVDII AD EVMDEM
TETRASTICHON.

Καλλεν τη λόγοις ἀπειλεῖ, ἵρσοις τη διάβρωσιν
Τοῦτο μὲν πένθος, τὸν οὐδεποτε μεταβολή
Ἄλλος αὐθινεργεσίαν τῷ πλάγῃ μαρτυρεῖσιν
Μέσην τε βίζη, πανηγυρῶν τη βίσσοι.

M 2

EPI-

EPIGRAMMA
IN CONSTANTIAM
IVSTI LIPSI.

PRODIAM iam in das **CONSTANTIA** luminis oras,
Et nota huc **LIPSIA** munere sit **BATAVIA**,
Narrantis nobis, quantum **PRAUDENTIA**, quantum
Poffit in humanis pectoribus **RATIO**,
Cedite **ROMANI SAPIENTES**, cedite **GRATIA**:
An ne aliquid maius **SOL** videt hoc opere?

Janu Deusa Flavia

IN I. LIPSI V. C. LIBROS
DE **CONSTANTIA** CARMEN.

NIL mirum subito mortales rebus in artis
Abicere audaces ex animis animos.
Ipse ignota diu latuit **CONSTANTIA**, nostris
Robora que folita est inde pectoribus.
At nunc fortuna ludibria ludica, & eius
Vites arque vices dicite ferre homines.
Sit vobis docto non vanus **LIPSIVS**, ille
Flos populi, atque oculus **Fleidium** & **Charitum**.
Ipfa quo dicitur **CONSTANTIA** flave, librisque
Illiis cretum collere in alra caput.
Libris, quos **LIPS** si doctum nomen abeget,
Aspetto dicam compoſitum Deos.

Franciscus Raphelengius Flavia

PRIVILEGIUM CÆSAREVM.

RUDOLPHVS SECUNDVS diuina fauente clementia electus Ro-
manorum Imperator tempore Augustus, ac Germanie, Hungarie,
Bohemie, Dalmacie, Croatiae, Scialonae Rex, Archidux Austriae, Duke
Burgundie, Stirze, Carniolie, Carniola & Wittembergie, &c. Comes
Tirolis, &c. Nostro & Sacri Imperii fidei dilecto IVSTO LIPSI gra-
tiam nostram Cæsaream. Postquam inter alia, que Deus immortalis ho-
minibus liberali manu dedi dona, illustris imprimit illa & quasi diuina
fuit, qui in literis liberalibusque disciplinis constitunt, quibus scilicet
homines non tantum ab animalibus cetere rationis expertibus, sed & tudi-
etiam & imperio hominum vulgo ita distinguuntur, ut tanquam Di
quidam splendore in terris videantur: rem famè praclaram legem di-
gnam illi praefant, qui diligenter ipsiis in literis ac disciplinis operam
ponunt, praecellentissimum vero & Reipub. utilissimum, qui casita excolunt,
vrae menti docendo, ferbendo lumina praferant, cosique ex igno-
rantie tenebris quasi manu educant. Quos excitare, quos amare atque
animare ad dignitas nostra munus, ad quod Divini vocati beneficio,
concepimus, sumus, imprimit pertinere exultimamus. Cum itaque ab his,
quorum nobis spectata fides, quique indicare de Literis possint, accepti-
mus, insignes te animi ingenique tu dotes tibi à natura insitas à primis
temporibus atatis tuę ita literarum ac disciplinarum studiis exclusuſe at-
que exornasse, ve olim inueniibilis adhuc anima præclaræ florēscens mi-
nimeque vulgaris eruditio, precimina præbueris, dum obfūca in anti-
quis scriptoribus loca, qua quidam tanquam luſtra erant, illuftrati, que
in is iniuria temporum depravata & corrupta fuerunt, refurbit, dum
vetusta Latina antiquitas ruderia in nouam subinde strudarum singula-
ritati eleganter conservat, et exquisitam adeo & rara doctrinam,
qua magnam de te apud doctos quoque viros opinionem excitat, per-
uenisse, canique variis abs te libris acri & graui cum iudicio scriptis atque
in lucem editis ostendit, ut in eo quod tam feliciter tractes scriptioris
genera paucos tibi patres hinc reperire fit: iam verò matura te estate vi-
viro, vir magis magisque digna, & viris doctis grata ac Reipub. vita scri-
bere, queq; a primis illis Romanis olim auctoribus scripta fuerunt, à men-
tis purgare & leđissimos quoque ex Musarum horis, in quibus assidue
verberis, flores colligere, concinicare, quibus Lectores minifice recres, &
corum peccus ad prudentiam, probitatemque informes: haudquaque
prætermittere voluimus, quin Reipub. ad quam hæc abs te ornamenta
conferuntur, caufa, Cæsareo te nostro elogio decorandum, & quamuis
per te fatus ipse animatus sis, animadum magis patrocinoq; nostro defendu-
endum pro benigna nostra in te suscipiens voluntate. Quoniam ve-
rò lucubrationibus atque operibus tuis in lucem edendis, peculiares te
elegere velle Typographum, acceptimus, Diplomate hoc nostro priule-
giōque te & Typographum tuum aduersus quorumcumque fraudem, qui
luci causa, quod fieri solet, eadem excudere aut typis imitari forte velint,
munitos cupimus. Quamobrem pro autoritate nostra Cæsareo decerni-
mus, statuimus, vetamusque, ne quis Typographorum, Bibliopoliarum,
aut

aut aliorum, quilibetiam negotiacionem exercerent, eos libros, quos taedituris, quocunque modo charactere, aut forma, sive integras, sive al quam eorum partem typis imitari, edere, excudere, aut venundare intra faciem Romanu Imperii, Regnumq[ue] ac Dominiorum nostrorum hereditariorum fnes triginta annis proximis a primo editionis die computandis, ab ipso anno moxve heredum confusa audeat. Hac autem lege addita, ut tria ut minimum euiseque libri exemplaria, quemadmodum moris est, ad Imperiale nostram Cancellariam mittantur. Si quis vero editum hoc nostrum transfigerit, violare, aut contemneret reprehensus fuerit, eum non solum eiusmodi libri tibi, hereditib[us] tuis, auxilio Magistratus, vbi cunq[ue] reperti fuerint, vendicandi, priuari, sed triginta etiam Marcharam auri puri mulci, cuius femoris quidem Fisi nos Procuratori, fraudis vindicta: alter vero femoris, ubi hereditib[us] tuis pendatur, puniti non volumus. Mandantes vniuersitatis & singulis nostris & facti Romanu Imperii subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiastis quam Politicis, cuiuscumque status, gradus aut ordinis existenter, preferunt vero iis, qui in Magistratu constituti, vel in eo superiorum suorum loco aut nomine, ius dicunt, iustitiam exerceat, ne quocquam hoc Privilegium nostrum impune violare, spernere aut negligere patiantur: Sed si quis contumaces compereint, constituta a nobis multa, eos puniri & quibusunque modis coerceri curent, ne & ipsius gravissimum nostrum in conseuertere indignationem velint. Id quod hoc Diplomate, manu nostra subscripto, & Cesarei nostri filii in impressione munito, confirmamus. Datum in arce nostra Regia Prae, die prima mensis Augu[st]i. Anno Domini Millefimo, Quingentesimo Nonagesimo secundo, Regnum nostrorum Romanorum decimo septimo, Hungarici vigesimo, & Bohemici tridem decimo septimo.

R Y DOLPH Y S.

Jacobus Curtius a Senftenaw,
Ad mandatum sacra Cesarea M[ai]i proprium.

Io. Barutius,
Additum sigillum Ces. M[ai]i in certa m[anu].

S V M M A P R I V I L E G I I R E G I I

P H I L I P P V S Dei gratia Hispaniarum, &c. Rex Catholicus, diplomate suo sanxit, ne quis, Iusti Lipsij Historiarum in alma Vniuersitate Louaniensi Professoris, & item Historiographi sui libros quo scunque, a Censoribus legitimis approbatos, prater ipsius, hereditum eius, voluntatem, intra triginta annos a prima singulorum librorum editione computandos imprimat, aut alibi terrarum impressos, in has inferiores Germaniae ditiones importet, venalese habeat. Qui secus sanxit, prater librorum confiscacionem tridinta marcharam auri puri illatione mulctabitur. Vt latius pater in litteris, datis Bruxellæ XIV. Feb. M.D.XCVI.

Signat.

Verreycken.

T ibi JOANNE MORETE, pro amicitia qua mihi cum Plantino (h[ab]et, quondam meo) & Plantinianis est ac fuit, tibi, inquam, permitto, uti hos duos DE CONSTANTIA libros, quos postremo recensui; typis tuis excudas ac diuulges. Ne quis atibi alius prater te, cupio sive iubeo, ex lege quam magnus Caesar & Rex meus dixerunt.

Iustus Lipsius.

IVSTI LIPSI
DE CRVCE
LIBRI TRES

Ad sacram profanamque historiam vtilem.

Vnà cum Notis.

Editio quarta, serio castigata.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA;
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCIX.

Cum Privilégij Casareo & Regio.